N. P. Scandorph,

De Rejectione Judæorum

et

Adoptione Gentium.

1—3.

Hafniæ 1643-44.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

1,-276.

DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 1 4°
1 1 01 0 4 014537

+REX

BIBLIOTHECA REGIA · HAFNIENSIS ·

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

1,-2,

DET KO
DA 1.-2

1 101

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

DE REJECTIONE JUDÆORUM, & ADOPTIONE GENTIUM,

DISPUTATIO PRIMA,

Ex

Capite nono Epiſtolæ D. Pauli ad Romanos;

In Regiâ Academiâ Hafnienſi, die 27.
Septembr. loco & horis ſolitis,
Propoſita,
à

NICOLAO PAULI SCANDORPHIO,
S.S. Theolog. D. & Prof. ordinario;

Reſpondente
pro Regio ſtipendio impetrando
M. NICOLAO GEORGII SERUPIO,
Scholæ Helſingorenſis
Rectore.

1191

HAFNIÆ,
Literis SALOMONIS SARTORII Acad. Typogr. 1643.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

Auſpice CHRISTO *JESU*

THESIS I.

IN NONO CAPITE EPISTOLÆ D. Pauli ad Romanos tractatur qvæſtio, qvi factum ſit, qvod Deus populum Judaicum rejecerit, qvem in peculium ſibi adoptaverat, atq; tot eximiis ornaverat privilegiis. Huic qvæſtioni ut ſatisfaciat Apoſtolus, primo docet, qvi ſint veri Iſraelitæ, ad qvos promiſſiones divinæ pertinent; Deinde objectiones aliqvot adducit & ſolvit; Tandem meminit gentium, qvod illę, qvia Chriſtum receperunt, populus Dei cenſentur. Qvoniam verò Paulus novit materiam hanc Sympatriotis ſuis inviſam eſſe, præmittit graviſſimam proteſtationem de affectu ſuo erga illos, ut amoveat omnem ſuſpicionem odii, qvùm aliàs ob religionis diverſitatem videri poterat alieniore ab ipſis animo eſſe. *Argumentum Cap. IX.*

II.

Poteſt igitur hoc caput diſpeſci in qvatuor partes. Prima continet ipſam Propoſitionem de rejectione Judæorum, ingenioſâ inſinuatione veſtitam, ad v. 5. Secunda diſcrimen facit inter filios promiſſionis & carnis ad v. 13. Tertia duas objectiones ponit & diluit, ad v. 23. Qvarta agit de adoptione gentium, ad finem capitis. *Partitio.*

III.

Calumniabantur Apoſtolum adverſarii ejus, qvod odio gentis ſuæ Chriſtum prædicaret, ut doctrinam illius odioſam redderent. Ut igitur eximat hanc ſuſpicionem ex animis popularium ſuorum, exponit prolixè promptiſſimam ſuam voluntatem & incredibilem amorem erga illos, idq; interpoſito graviſſimo juramento, & religioſiſſima nominis divini atte- *Pars 1.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

ſtatione. Ita enim loqvitur v.1.2. &3. *Veritatem dico in Chriſto, non mentior, teſtimonium mihi perhibente conſcientiâ mea in Spiritu S. Qvoniam triſtitia mihi magna eſt, & continuus dolor cordi meo. Optarem enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto, pro fratribus meis, cognatis meis ſecundum carnem.*

IV.

Si nudis verbis dixiſſet Judæos â Deo rejectos eſſe, convertiſſet in ſe tantam eorum indignationem, ut non ſuſtinuiſſent ipſum audire, qvod experientia ſua didicerat Act.21. v.21. & 22. Prudenter igitur hac inſinuatione utitur, ut tantò æqviore animo ea, qvæ dicturus erat, ad animum ſumerent & ſecum expenderent.

V.

Veritatem dico, inqvit, ſcilicet de affectu meo erga judaicam gentem, contra qvam adverſarii mei calumniantur. Ut verò aſſeveratio tanto ſit vehementior, per negationem etiam exprimit, qvod affirmativè poſuit. Non, inqvit, mentior, id qvod forte malevoli mei, mihi tamen aſcribere non verebuntur. Præterea aſſeverationis ſuæ teſtes vocat omni exceptione majores, Chriſtum, qvem in Euangelio prædicabat, & per qvem ſolum ſalutem hominibus contingere affirmabat; conſcientiam ſuam, qvæ ut fallere non poteſt, ita mille teſtium loco eſt; & Spiritum ſanctum, cui occulta cordium patent, & qvi perjuros ulciſci poteſt.

VI.

Qvid verò ſit, qvod tam gravi aſſeveratione confirmatum vult Paulus, his verbis exprimit: Magna mihi triſtitia eſt & continuus dolor cordi meo, ut optarim ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, &c. qvaſi diceret, tantopere commoveor incredulitate gentis Judaicæ, cui ego genus & ortum meum debeo, & tantum ex illius exitio dolorem indeſinenter percipio, ut optarim, ſi illud fieri poſſet, meo interitu & abjectione à Chriſto, illorum ſalutem redimere.

VII.

Ex hac ſententia verborum Pauli nullum periculum pietati

tati metuendum eſt, qvod tamen nonnulli interpretum exiſtimarunt. Etenim præ ardenti ſtudio gloriæ divinæ & meriti Chriſti, cui per Judæorum incredulitatem multum decedere exiſtimabat, & præ tenerrimâ popularium ſuorum, progeniei ſanctiſſimorum Patriarcharum, dilectione, qvaſi extra ſeraptus in hoc verbum erupit, qvi ſanè inſignis admodum & planè heroïcus motus fuit, à Spiritu ſancto excitatus. Similiter Moſes petiit deleri ex libro Dei, potius qvàm Iſraelitæ, cum jacturâ gloriæ divini nominis, excinderentur, Exod. 32. verſ. 12. & 32.

VIII.

Docemur hoc loco juramenta licita eſſe, qvando ea ad gloriam Dei & proximi ſalutem promovendam reqviruntur. Sic alibi legimus Apoſtolum noſtrum juraviſſe, Rom. 1. verſ. 9. 2. Cor. 1. v. 23. 1. Theſſ. 2. v. 5.

IX.

Diſcimus etiam Spiritum ſanctum eſſe Deum: aliter enim ſi eſſet, Paulus per nomen ejus neutiqvam juraſſet. Etenim præceptum eſt, ut per nomen ſolius Dei juremus. Deut. 6. v. 12.

X.

Monemur præterea, qvod miniſtri verbi divini debeant flagrare ardenti amore gloriæ Dei, & ſalutis eorum, qvi ipſorum fidei commiſſi ſunt. Ubi fatendum eſt, nos longiſſimè abeſſe à Zelo D. Pauli, qvi vix parati ſumus ad ferendum leves adverſitates, aut ad ſubeundum exigua pericula, ut divinum nomen à contumelia vindicemus, & proximum errantem Chriſto lucremur.

XI.

Enumerat vero Apoſtolus prærogativas Judæorum, qvibus eos, præ omnibus aliis populis Deus dignatus eſt. Qvæ enumeratio facit, tum ad captandam benevolentiam, tum ad excitandos animos, ad diligenter inqvirendum, & accuratè æſtimandum cauſas, propter qvas tam dilecta Deo gens rejecta eſt. Ita enim loqvitur v. 4. & 5. *Qvi ſunt Iſraelitæ; qvorum eſt adoptio, & gloria & teſtamenta & legislatio, & cultus & promiſſiones.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

miſſiones. Qvorum ſunt Patres, & ex qvibus eſt Christus ſecundum carnem, qvi eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecula.

XII.

Primo dicit eos eſſe Iſraelitas, qva voce tribuit illis nobilitatem generis, referens originem eorum ad ſanctiſſimos Patriarchas, & in ſpecie ad Jacobum, qvi, cum in luctâ Angelo prævaluiſſet, hoc nomine inſignitus fuit, ut Iſrael, ɔ: victor Dei diceretur, Gen. 32. v. 28. ex qvo nomine poſteri ipſius appellari voluerunt, eoq; ab aliis gentibus diſcerni.

XIII.

Deinde meminit adoptionis illorum, ſcilicet in peculium Dei, qvæ erat ſingularis dignitas illius populi, qvod Deus eum, præteritis omnibus aliis gentibus, adoptare dignatus ſit. Huc pertinent illa Exod. 4. 22. Iſrael eſt primogenitus meus filius. Et Exod. 19. v. 5. 6. Eritis mihi peculium præ omnibus populis. Mea qvidem eſt univerſa terra, vos autem eritis mihi regnum ſacerdotale, & gens ſancta.

XIV.

Tertiò addit Iſraelitarum eſſe gloriam, ſcilicet miraculoſæ habitationis Dei inter ipſos, & ſtupendorum operum in iſto populo editorum. Huc referimus, qvod Deus Iſraelitarum cauſâ Ægyptum graviſſimis plagis afflixit, qvod, ut illi ſecurè tranſirent, mare ſiccavit, duxit eos per deſertum in calumna nubis & ignis, qvod gloria Domini tabernaculum per nubem cooperuit, Exod. 40. 34. & templum ſimiliter 1. Reg. 8. 10. 11. Qvod inter Cherubim reſedit, & inde reſponſa dedit Exod. 25. 22. Num. 7. 89. atq; alia infinita miracula, qvibus Deus inter Iſraelitas gloriam ſuam manifeſtavit.

XV.

Qvarto loco nominat teſtamenta vel fœdera, qvæ Deus iniit cum hoc populo, & ſæpius inſtauravit, imprimis intelligit tabulas Legis manu Dei exaratas, qvæ in arca fœderis ſervabantur, & qvarum hic populus cuſtos erat.

XVI.

Qvinto & ſexto tribuit illis legiſlationem & cultum.

Per

Per illam denotat Leges Forenſes, qvibus Reſpublica Judæorum regebatur; per hunc innuit Leges Ceremoniales, & univerſum cultum Divinum. Vid. Deut. 4. v. 5. 6. 8. Pſ. 147. 19. 20.

XVII.

Attexit his promiſſiones, & intelligit promiſſa Dei non ſolùm de multiplicatione poſterorum Abrahami, & poſſeſſione terræ Canaan, ſed vel maximè de ſemine benedicto ex gente Iſraelitarum oriundo.

XVIII.

Octavo Patres addit, in qvorum numero potiſſimi fuerunt Abraham, Iſaac & Jacob, qvibuſcum Deus familiariſſimè olim colloqvebatur, qvorum fide atq; obſeqvio tantopere delectabatur, ut eorum nomina titulo ſuo insereret, & Deus Abraham, Iſaac & Jacob dici vellet Exod. 4. 5. &c.

XIX.

Nono & ultimo ſubjungit, qvod ex illis ſit Chriſtus ſecundum carnem, id eſt ſecundum humanam naturam, qvi aliàs ſimul in unitate perſonæ eſt verus Deus, & qvidem ille Deus, qvi eſt ſupra omnia benedictus in ſecula. In qvo dicto qvatuor de Chriſto docet Apoſtolus: Qvod ſit verus homo; qvi eſt ſupra omnia; qvod ſit una perſona, nominat enim unum Chriſtum, non plures: & tandem qvod officium ipſius ſit, benedictionem omnibus terræ nationibus impetrare & impertiri.

XX.

Ex his omnibus æſtimari poteſt, qvantis & qvâm multis privilegiis Deus hanc gentem, præ cunctis aliis dignatus ſit, qvo etiam nomine ſupra reliqvos totius orbis populos in ſcripturis paſſim extollitur. Neq; dubium eſſe poteſt, qvin Deus voluerit iſtius gentis ſalutem, apud qvam tot benevolentiæ ſuæ & ſalutis oblatæ teſtimonia reliqvit. Qvi hæc diligenter expendit, ille non poteſt non qværere, qvomodo factum ſit; qvod Iſraelitæ tantâ gratiâ & ſalute tam illuſtribus teſtimoniis oblata exciderint.

Qvan-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

XXI.

Pars II. Qvando autem Judæis incredulis objicebatur, illos à Deo rejectos eſſe, reſpondebant fieri non poſſe, ut divina gratia excideret iſte populus, qvo cum Deus fœdus æternum pepigerat. Adducebant promiſſionem divinam ex v. 8. c. 17. Gen. ubi Deus Abrahamum ita alloqvutus eſt: Statuam pactum meum inter me & te, & ſemen tuum poſt te in generationibus ſuis fœdere ſempiterno, ut ſim Deus tuus & ſeminis tui poſt te. Hinc videbantur ſibi rectiſſimè & infallibiliter concludere, aut vera non eſſe, qvæ Paulus de rejectione populi Iſraelitici ſpargebat, aut promiſſiones Dei irritas factas. Qvia verò hoc ſtatuere abſurdum plane foret, inde neceſſariò ſeqvi doctrinam Pauli vero conſentaneam non eſſe.

XXII.

Hanc objectionem ante occupat Apoſtolus & ad eam reſpondet v. 6. 7. 8. *Non autem*, inqvit, *qvod exciderit verbum Dei. Non enim omnes, qvi ex Iſrael ſunt: illi ſunt Iſraelitæ. Neq; qvia ſemen ſunt Abrahæ, omnes ſunt filij: Sed in Iſaac vocabitur tibi ſemen. Id eſt, non qvi carnis filij, hi filij Dei, ſed qvi filij ſunt promiſſionis, æſtimantur in ſemine.*

Unica diſtinctione evertit Judæorum argumentum, qvod ipſis videbatur invictiſſimum. Dicit enim promiſſiones Dei non pertinere promiſcuè ad omnes, qvi juxta carnalem generationem ex Abrahamo deſcendebant, ſed tantum ad eos, qvi fidem Abrahami imitabantur. Negat igitur conſeqvutionem in argumento, & docet nihil decedere veritati promiſſionum divinarum, eò qvod infideles Judæi à Deo rejicerentur, qvoniam illis nulla facta erat promiſſio. Ex eodem fundamento diſputantem vide ipſum Salvatorem contra adverſarios ſuos Judæos cap. Joh. 8. v. 39. ſeq. ubi negat illos eſſe filios Abrahami.

XXIII.

Diſtinctionem hanc effato ſcripturæ ſuperſtruit deſumpto ex verſ. 12. cap. 21. Gen. Qvum Abrahamo eſſent duo filii Iſmael ex Agar ancilla natus, & Iſaac ex Sara, ſerili uxore,

illo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

illo præterito, de hoc ita pronunciavit divinum oraculum: In Iſaac vocabitur tibi ſemen. Qvorum verborum hæc eſt ſententia: Iſaac erit legitimus hæres, ex qvo illud genus tuum propagabitur, cui dabo terram tibi promiſſam, & ex cujus poſteritate Meſſias naſcetur: adeoq; nati ex Iſaaco dicentur ſemen Abrahæ, non illi, qvi ex Iſmaele oriundi ſunt.

XXIV.

Hinc porro ita colligit Apoſtolus. Qvemadmodum promiſſiones divinæ de multiplicatione ſeminis Abrahami, de poſſeſſione terræ Canaan, deq; ſemine benedicto ex poſteris Abrahami naſcituro, non concernebant Iſmaelem, licet ille non minus, qvàm Iſaac ex Abrahamo natus erat: Ita promiſſio gratiæ & ſalutis non pertinet ad qvosvis, qvi carnalem generis ſui ortum ad Abrahamum referre poſſunt, ſed tantùm ad eos, qvi veſtigiis fidei patris ſui Abrahami inſiſtunt. Et hoc eſt qvod dicit v. 8. Non filii carnis, id eſt, carnaliter ex Abrahamo geniti, illi ſunt filii Dei, ut ad eos pertineat fœdus gratiæ; ſed filii promiſſionis, id eſt, credentes, reputantur in ſemine.

XXV.

Atq; ita definiuntur filii promiſſionis Joh. 1. v. 12. Qvotqvot receperunt eum [filium Dei in carne manifeſtatum] illis dedit poteſtatem, ut filii Dei fierent, his, qvi credunt in nomen ejus. Huc pertinet illud Gal. 3. v. 7. Cognoſcite, qvoniam qvi ex fide ſunt, hi ſunt filii Abrahæ, & v. 9. Igitur qvi ex fide ſunt, benedicentur cum fideli Abraham. Confer qvod eſt Rom. 4. v. 12. Abraham eſt pater omnium credentium non tantum his, qvi ſunt ex circumciſione, ſed etiam illis, qvi ſectantur veſtigia fidei, qvæ eſt in præputio Abrahæ. Atq; hinc eſt, qvod Johannes Baptiſta invehitur in Phariſæos ſuperciliosè jactantes ſe ex Abrahamo oriundos eſſe, Matth. 3. v. 9. & affirmat Deum poſſe ſuſcitare Abrahamo filios ex lapidibus, ut ſcilicet ratæ maneant promiſſiones divinæ, ſi vel maximè incredula illa Judæorum turba à Deo abjiciatur & pereat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

XXVI.

Diſtinctio hæc filiorum carnis & promiſſionis, alio etiam ſcripturæ dicto confirmatur, qvod ex v. 9. ita habet : *Promiſſionis enim verbum hoc eſt, ſecundum hoc tempus veniam, & erit Saræ filius.* Extant hæc verba Gen. 18. v. 10. & ſunt ipſius Dei, prandentis cum Abrahamo, & promittentis ipſi filium ex Sara uxore. Citantur autem hoc loco ab Apoſtolo, ut doceat, Iſmaelem & cæteros filios Abrahami, natos eſſe ſine ulla prævia promiſſione ; nativitatem verò Iſaaci ſolenniter à Deo prædictam & promiſſam eſſe, ut conſtaret, qvod ille futurus eſſet hæres paternorum bonorum, qvodq; Meſſias ex ipſo naſciturus eſſet. Hæc verò, ut modo diximus, ita ſerviunt inſtituto Apoſtoli, qvod qvemadmodū non omnes, ex Abrahamo nati, hæredes exſtiterunt paterni nominis & bonorum; ita neqve omnes futuri eſſent hæredes ſpiritualium & cœleſtium bonorum, ſed illi tantùm, qvibus facta erat promiſſio, iis nempe, qvi Abrahami veſtigia ſectantes viva fiducia Chriſtum amplexuri eſſent.

XXVII.

Qvia verò excipere poterant Judęi, magnam diſſimilitudinem eſſe, inter Iſmaelem, ex ancilla Agare natū, & Iſaacum, qvem ex libera uxore Abrahamus ſuſceperat ; idcirco addit Paulus alterum exemplum Eſavi & Jacobi, inter qvos iſta diſſimilitudo locum non habet, dicit enim v. 10. *Non ſolum autem, ſed & Rebecca, ex uno ſemen habens, Iſaac patre noſtro.* In his verbis Ellipſis eſt, qvæ ita ſuppleri poteſt. Non ſolum autem Abraham expertus eſt in filiis ſuis, Iſmaele & Iſaaco, natis ex duabus iisq; diſparis conditionis conjugibus, qvod promiſſio non pertineat ad omnes, qvi nati ſunt ex eo ſecundum carnem : ſed etiam Rebecca id ipſum in filiis ſuis Eſavo & Jacobo, ex uno patre & matre natis, experta eſt. Etenim pergit Apoſtolus v. 11. 12. & 13. *Nondum natis pueris, cum neq; boni qvippam feciſſent aut mali, ut ſecundum electionem propoſitum Dei maneret, non ex operibus ſed ex vocante, dictum eſt illi : Major ſerviet minori. Sicut ſcriptū eſt. Jacob dilexi, Eſau autem odio habui.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

XXVIII.

Ut ſententia horum verborum rectè percipiatur, tenendum eſt ſcripturę dicta hic allegata non tam agere de perſonis Eſavi & Jacobi, qvam de populis ex utroq; natis, qvod intelligetur, ſi in ſedibus ſuis loca citata inſpiciantur.

XXIX.

Gen. 25.v.23. dicit oraculum divinum Rebeccæ; duæ gentes ſunt in utero tuo, & duo populi ex ventre tuo dividentur, populusq; populum ſuperabit, & major ſerviet minori. Eventum hujus prophetiæ videmus 2.Sam. 8, 14. & 2. Reg. 8. v. 20. ex qvibus locis patet, qvod Idumæi ſervierint Iſraelitis, qvum nuſpiam legatur Eſavum ſerviſſe Jacobo; ſed contrarium liceat colligere ex cap. 32. & 33. Gen. ubi Jacobus reverſus ex Meſopotamia, cum uxore & familia proſternit ſe coram fratre ſuo Eſavo, & Dominum eum appellat.

XXX.

Similiter Malachias agit de prærogativa poſterorum Jacobi præ Idumæis, qvod videlicet Iſraelitis juxta promiſſionem data ſit terra Canaan, terra optima, fluens lacte & melle: Idumæis autem aſſignati ſint horridi montes & deſerta, ut illa incolerent. Ita enim apud Prophetam loqvitur Dominus: Jacobum dilexi, Eſavum verò odio habui, poſuiq; montes ejus ſolitudinem, & hæreditatem ejus deſertum Draconis.

XXXI.

Præterea ineſt verbis Malachiæ hic qvoq; ſenſus, qvod Idumæa à Nabogodonoſare devaſtata nunqvam eſſet reſtauranda, ſed futura habitaculum Draconum, & ferorum animantium; cum Judæorum Reſpublica, ex ſingulari Dei gratia, vi promiſſionum Abrahamo & poſteris ejus factarum, jam cępta eſſet reſtitui, ut Meſſias ſtatuto tempore ex illa gente naſceretur.

XXXII.

Hoc poſito, qvod non de perſonis Jacobi & Eſavi, ſed de populis ex utroq; ortis, ſint intelligenda ſcripturæ teſtimonia hic citata, facile intelligitur Apoſtolum accommodare alle-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

gatum exemplum ad illuſtrandum negotium reprobationis Judæorum, tantum ſub ratione typi, qvatenus externa Eſavi à primogenituræ privilegio rejectio, æternam infidelium Judæorum reprobationem adumbravit. Aliter enim ſi mentem Pauli interpretaremur, efficeretur, neminem ex Idumæis ſalvatum fuiſſe, atq; neminem ex Iſraelitis damnatum; qvod qvi aſſerere vellet, veritati Euangelicæ manifeſte contradiceret. Vid. Eſa. 11. v. 14. Marc. 3. v. 8. Matth. 8. 12.

XXXIII.

Accommodatio autem typi ad antitypum talis eſt. Qvemadmodum Eſavus, fretus privilegio primogenituræ carnalis, benedictione excidit, & Jacobus ex ſola gratia Dei pendens, accepit benedictionem, atq; in poſteris ſuis factus eſt Dominus Eſavi: Ita Judæi, qvi ex carnis prærogativâ gloriantur, & nituntur operibus non ſunt populus Dei, ſed ſoli illi, qvi recumbunt in miſericordiam vocantis Dei, & meritis operum non confidunt.

XXXIV.

Si verò concederemus, dicta ſcripturæ hic citata intelligi poſſe de perſonis Eſavi & Jacobi, non tamen inde ſeqveretur illam eſſe verborum ſententiam, qvam patroni abſolutæ reprobationis iis affingunt. Etenim dubium eſſe non poteſt, qvin utrumq; dictum eodem ſenſu ab Apoſtolo adhibeatur, ut alterius expoſitio ex altero peti debeat. Si igitur vocabulum Odii, ex Propheta Malachia huc translatum, denotaret hoſtilem Dei affectum adverſus Eſavum, ex qvo eum æternæ damnationi abſolutè deſtinaſſet, utiq; oraculum Moſaicum etiam de æternâ Eſavi reprobatione intelligendum eſſet. Rebecca autem, ad qvam oraculum eſt editum, qvæq; dubio omni procul, verùm ejus ſenſum aſſecuta eſt, non intellexit illud de æterna filii ſui damnatione. Præ animi enim mœrore contabuiſſet pientiſſima mater, ſi putaſſet filium, vi oraculi divini, morti æternæ ſic adjudicatum, ut omnis aditus ad miſericordiam Dei penitus ipſi præcluſus eſſet.

Et

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

XXXV.

Et qvomodo Iſaacus dilexiſſet Eſavum, Gen. 25.v.28. eiq; benedictionem impertiri conſtituiſſet, cap.26. v. 4. ſi ſciviſſet eum à Deo abſoluto odio reprobatum fuiſſe. Pręterea, nonne res ludicra fuiſſet, illum, per Sacramentum circumciſionis, in fœdus Dei gratioſum recipere, cui jam pridem, vi vocis divinę, omnis miſericordia erat denegata.

XXXVI.

Hinc patet, neceſſariò retinendam eſſe illam vocis Odii interpretationem, qvâ poſthabitionem aliqvam & præteritionem in re certâ ſignificat. Sic ipſe Salvator loqvitur Luc. 14.v.26. Si qvis venerit ad me, & odio non habuerit patrem & matrem, uxorem & liberos, fratres & ſorores, atq; etiam propriam vitam, non poteſt eſſe meus diſcipulus. Manifeſtum eſt, hic non reqviri à Chriſto hoſtilem animum adverſus parentes, uxorem, &c. ita enim doctrina ejus adverſa fronte divinæ legi contrariaretur; ſed hoc urgetur, ut parentes, uxor, liberi, imo vita etiam noſtra, Chriſto ejusq; mandatis poſtponatur. Similiter accipitur vocabulum Odii Joh. 12. v. 25. & Prov.13.v.24. Ad eundem plane modum dicitur hic Deus odiſſe Eſavum, propterea qvod Jacobum ipſi prætulerit, dum terram promiſſam, atq; ortus Meſſiæ dignitatem, non illius, licet primogeniti, ſed hujus poſteris aſſignaret.

XXXVII.

Atq; ſic etiamnum firmum manet, exempla allegata tantum ſub ratione typi negotium reprobationis Judæorum illuſtrare, qvod diligentiſſimè obſervandum eſt, ut ex tricis, qvas hic nobis adverſarii nectunt, nos expediamus.

XXXVIII.

Hinc etiam patet, fruſtra eſſe eos, qvi ex teſtimoniis propheticis & allegatione Apoſtoli colligere volunt, Eſavum damnatum eſſe. Neq; iidem pro hac ſententia felicius pugnant, dum urgent v. 17. cap. 12. Epiſt. ad Hebræos, ubi dicitur Eſavus qvæſiviſſe pœnitentiam cum lachrymis, & tamen eam non inveniſſe. Iſtorum enim verborum explicatio fallere

neſcia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

neſcia peti debet ex hiſtoria Moſaica Gen. 27.v. 30. ſeq. Ibi legimus Eſavum petiiſſe, cum magno clamore & multis lacrymis, ut pater Iſaacus benedictionem, qvâ Jocobo primogenituræ jus contulerat, retractaret, neq; tamen id impetrare potuiſſe. Reſpicit igitur Apoſtolus ad Hebræos privilegium primogenituræ, qvo Eſavus exciderat, absq; qvo tamen nihilominus per fidem in Meſſiam ſalvari poterat.

XXXIX.

Manifeſtum igitur evadit ex iis, qvæ hactenus dicta ſunt, Apoſtolum hic non agere, de electione Jacobi ad ſalutem, & reprobatione Eſavi ad æternam damnationem, ſed de poſſeſſione terræ Canaan, qvæ Jacobo divinitus tributa, Eſavo autem denegata fuit.

XL.

Serviunt autem allegata exempla inſtituto Pauli, & refellendæ objectioni Judæorum, hoc modo. Qvemadmodum promiſſio divina Abrahamo & ſemini ejus facta, non excidit, licet filius ejus Iſmael & nepos Eſavus promiſſione terræ Canaam & ortus Meſſiæ exciderint: Ita neq; promiſſioni eidem qvicqvam decedit, qvando increduli Judæi pereunt. Non enim magis ad hos ſpectat promiſſio vitæ & ſalutis æternæ, qvàm ad Iſmaelem & Eſavum ſpectat promiſſio bonorum temporalium. Præterea qvemadmodum fuit liberrimæ voluntatis divinæ, qvod Iſaacus & Jacobus adfruitionem terræ Canaan admiſſi ſint, Iſmaele & Eſavo ab eadem rejectis: Ita etiam Deus ex liberrima voluntate (non tamen abſoluta ut v. 31. hujus capitis, verſibus 3. &. 9. cap. 10. item v. 20. cap. 11. docebit Apoſtolus) qvoſdam eligit ad vitam, alios rejecit ad mortem. Porro, veluti Iſaacus & Jacobus facti ſunt Domini terræ Canaan, & progenitores Meſſiæ, non ex præviſis operum meritis, ſed ex propoſito & miſericordia Dei, gratis donantis tam eximia privilegia; Ita Deus ſalvos fecit nos, & elegit nos vocatione ſancta non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum ſuum propoſitum & gratiam, qvæ data eſt nobis in Chriſto Jeſu, ante tempora ſecularia 2. Tim. 1. v. 9.

Dixit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

XLI.

Dixit Apoſtolus Deum præpoſuiſſe Jacobum Eſavo, cum neuter ipſorum vel boni vel mali qvicqvam feciſſet; inde adverſarii ejus novam calumniandi occaſionem arripiunt, qvod ex hac ipſius doctrina ſeqvatur, Deum injuſtum eſſe, qvippe qvi æqvalibus inæqvalia tribuit, cum juſtitiæ proprium ſit, æqvitatem ſervare. Hanc objectionem anticipat & diluit Paulus, & qvidem v.14. in hunc modum loqvitur. *Qvid igitur dicemus? Num injuſtitia eſt apud Deum? Abſit.*

XLII.

Primum hic, more ſuo, objectionem tanqvam reſponſione indignam rejicit, qvaſi dicere vellet; non admittenda eſt iſta petulantia ingenii humani, qvę juſtificare vult ſapientiam Dei, & judicia ejus reformare. Similiter operarii, conducti ſummo mane ad opus in vinea faciendum, Domino vineæ injuſtitiæ crimen objiciunt, Matth.20.v.11. ſeq. ſed reſponſum accipiunt v.15. licet ne mihi, qvod volo, facere in rebus meis? an oculus tuus neqvam eſt, propterea qvod ego bonus ſum?

XLIII.

Deinde ſcripturæ teſtimonio probat Deum nemini debitorem eſſe, ſed liberrimum ipſi eſſe dare qvodcunq; cuicunqve vult, adeoq; eum ex mera miſericordia recipere, qvoſcunqve recipit. Ita enim loqvitur v. 15: *Moſi enim dicit, miſerebor, cujus miſereor, & miſerabor, qvemcunq; miſeror.* Deſumpta ſunt hæc verba ex v.19. cap.33. Exodi, & revocant nos, in negotio ſalutis, ab omni dignitate hominum & operum merito, atqve remittunt ad primum beneficiorum divinorum fontem, qvi eſt, gratuita Dei miſericordia. Sententia igitur verborum hæc eſt: Nemo poteſt meam miſericordiam ſibi demereri ullis factis aut operibus: Sed ego ex mero beneplacito voluntatis meę, in filio miſereor, cujus miſereor, ſine reſpectu propriæ dignitatis hominum, aut humani meriti interventu, qvæ ſunt verba D. Hunnii in hunc locum.

XLIV.

Si autem ſcire volumus, qvi nam ſint illi, qvorum Deus miſere-

miſeretur, diſcendum hoc eſt, non in abyſſo Majeſtatis divinæ, ſed in verbo revelato, ubi docemur, qvos Dominus miſericordia ſuâ dignatur. Licet enim Deus gratiam ſuam omnibus offerat, ejuſdem tamen illi ſoli participes fiunt, qvi eam fide apprehendunt, & ſibi applicant. Credentium igitur miſeretur Deus, incredulis à participatione miſericordiæ rejectis.

XLV.

Ex præmiſſis verò ita colligit v.16, *Non igitur eſt volentis, neq; currentis, ſed miſerentis Dei.* Non vult dicere Apoſtolus, perinde eſſe, ſive velimus ſalvari, ſive non velimus; ſive curramus in ſtadio ad metam ſalutis, ſive negligamus currere. Notum eſt, qvid Chriſtus dicat, Matth. 11. v. 28. Venite ad me omnes, qvi laboratis & onerati eſtis, ego reficiam vos; & Apoc. 22. v. 17. Qvi ſitit veniat, & qvi vult, accipiat aqvam vitæ gratis. Nota ſunt illa Apoſtoli noſtri, 1. Cor. 9. v. 24. Sic currite, ut apprehendatis Bravium. Et Heb. 12. v. 1. Deponentes omne pondus, & circumſtans nos peccatum, per patientiam curramus in propoſito nobis certamine.

XLVI.

Vult igitur Deus ut & velimus præmium propoſitum, & in ſtadio ſtrenuè curramus, donec ad metam præſtitutam perveniamus. Teſtatur hoc ipſum graviſſima Chriſti qverela Matth. 23. v. 37. Jeruſalem, Jeruſalem, qvoties volui congregare filios tuos, qvemadmodum gallina congregat pullos ſuos, ſub alis ſuis, & noluiſtis.

XLVII.

Sententia autem verborum Pauli hæc eſt, qvod noſtrum velle, noſtrum currere, aut qvodcunq; demum opus noſtrum, nullum plane locum habeat inter cauſas ſalutis, qvæ gratuita eſt omni modo, & in ſolidum pendet à gratia Dei miſerentis noſtri, propter meritum Chriſti fide apprehenſum.

XLVIII.

Diligenter igitur hic obſervandum eſt, qvod debeamus velle & currere, qvodq; voluntas & curſus noſter debeat regi à verbo Dei, & juxta ejus præſcriptum conformari (alias torqvebitur

qvebitur in nos illud Chriſti, Matth. 15. v. 9. Fruſtra colunt me docentes doctrinas, qvæ ſunt mandata hominum.) & tn. nihilominus ſalus noſtra, ad qvam tali noſtra voluntate & curſu contendimus, miſericordiæ divinæ in ſolidum & unicè aſſcribenda eſt.

XLIX.

Hinc æſtimare licet, qvàm à Regia veritatis via exorbitarint increduli Judæi, qvibuscum Apoſtolo noſtro negotium eſt, dum juſtitiam qværebant in viribus propriæ voluntatis, atq; in operibus legi præſtitis, & ſimul huic ſuæ voluntati atq; operibus meritum tribuebant; qvem illorum graviſſimum errorem Paulus hic ſubvertit.

L.

Cæterum, qvod ex hoc loco colligere volunt Calviniani, Electionem filiorum Dei abſolutam eſſe, hoc eſt, non aliunde pendere, tanqvàm à cauſa movente Deum ad decretum Electionis faciendum, niſi à merâ & abſolutâ divinâ εὐδοκίᾳ, alienum eſt, tum ab analogiâ fidei, tum ab inſtituto & diſputatione Apoſtoli noſtri, ut ſuo loco monebimus. Removetur hic Electio, ab omnibus humanis operibus & meritis, atq; miſericordiæ divinæ aſſcribitur: qvem verò ordinem Deus in Electione ſervârit, alibi docetur. Et facile apparet ἀσυλλογιστία hujus collectionis: Si opera & merita hominum non ſunt cauſa Electionis noſtræ, non agnoſcenda eſt alia ejus cauſa, præter ſolam Dei voluntatem & εὐδοκίαν.

LI.

Concedimus qvidem gratiam & miſericordiam Dei eſſe cauſam, qvæ eum ad eligendum nos movit, Eph. 1. 5. 6. ſed addimus Chriſtum eſſe fundamentum Electionis, ipſiusq; meritum eſſe cauſam meritoriã, ut aliorum beneficiorum Dei, qvorũ nos participes reddimur, ita qvoq; prædeſtinationis noſtrę ad vitam æternam, Eph. 1, 4. 5. 2. Tim. 1. v. 9. Et præterea dicimus fidem eſſe cauſam inſtrumentalem apprehendentem Chriſtum & meritum ejus, qvam Deus etiam in decreto Electionis intuitus eſt, teſte Paulo, 2. Theſſ. 2. v. 13. Et qvomodo qvæſo vel

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

cogitari poteſt Electio noſtra in Chriſto, niſi cum reſpectu ad fidem, cum Chriſtus ſit fidei ſalvificæ princeps objectum, Johan. 3. v. 36. Joh. 20. v. 31. cujus meritum ſine fide nobis inutilis eſt. Joh. 3. v. 36. Marci 16. v. 16. Concludimus igitur & gratiam Dei, & meritum Chriſti, & fidem decretum Electionis ingredi, ſervato tamen diſcrimine, qvod jam monſtratum eſt.

LII.

Qvemadmodum verò negotium Reprobationis typis & ſcripturæ teſtimoniis hactenus illuſtravit Apoſtolus, ita nunc exemplum non minus illuſtre proponit, qvo oſtendit Deum ex juſtiſſimo ſuo judicio rejicere eos, qvi culpâ ſuâ increduli manent, atq; in peccatis perſeverant. Loqvitur autem v. 17. in hunc modum. *Dicit enim ſcriptura Pharaoni: in hoc ipſum excitavi te, ut oſtenderem in te potentiam meam, & ut annunciaretur nomen meum in univerſa terra.*

LIII.

Extant hæc verba Exod. 9. v. 16. ubi ex contextu manifeſtum eſt, Deum qveri de pervicaci Pharaonis malitia, qvi neq; minis plagisve, neq; plagarum ſæpius iteratâ intermiſſione commoveri ſe paſſus eſt, ut populum Iſraeliticum dimitteret, eapropter comminatur Deus, qvod velit in ipſo ſtatuere exemplum juſtitiæ & potentiæ ſuæ, cujus famâ univerſus orbis perſonaret.

LIV.

Alienus igitur eſt, & mente & ſermone, Apoſtolus noſter ab illa ſententiâ, qvâ perhibetur Deus excitaſſe Pharaonem, ut animum ſuum obfirmaret, atq; in ſcelera magis magisqve rueret, qvemadmodum Calviniani hunc locum interpretãtur.

LV.

Deus ſanè malum nec vult nec approbat, Pſal. 5. v. 5. multo minus ad illud excitat aut impellit: ſed Pharaonem, qvem ſceleratum invenit, & perdere ſtatim potuiſſet, ſtare fecit aliqvandiu, & paſſus eſt indureſcere, ut ipſo tandem potenti manu everſo, ederetur illuſtre ſpecimen juſtitiæ Dei, unde gloria nominis divini toti orbi conſpicua fieret. Adeoq; verba,

qvæ ex Moſe citat Paulus, intelligenda ſunt de fine, ad qvem Deus direxit ſcelera Pharaonis, qvando vidit illum inſanabilem eſſe.

LVI.

Tandem generalem concluſionem infert Apoſtolus v. 18. his verbis: *Ergo, cujus vult miſeretur, & qvem vult indurat.* Convenire debet hæc concluſio cum propoſitione v. 14. poſita, qvòd Deus non ſit injuſtus. Diſpiciendum igitur eſt de vera horum verborum interpretatione, ut intelligi poſſit, illud, qvod in qvæſtione erat, & illationem, qvæ ex præmiſſis colligitur, probè inter ſe convenire.

LVII.

Qvoniam verò Apoſtolus alteram partem generalis concluſionis, in qvâ major difficultas ineſſe videtur, ſuperſtruit exemplo Pharaonis, ex Moſe verſu præcedente citato, operæ precium erit expendere, qvo ſenſu induratio Pharaonis Deo, in hiſtoria Moſaica tribuatur, ut inde judicium ferri poſſit de ſententia enunciati Apoſtolici. Etenim dubium nemini eſſe poterit, eandem Dei actionem à Divo Paulo inculcari, qvi aſſerit eum indurare, qvem vult, qvæ â Moſe deſcribitur, ubi commemorat Deum cor Pharaonis induraſſe.

LVIII.

Non autem poſſumus ex ſolâ phraſi eruere genuinum ejus ſenſum, qvum induratio cordis Pharaonis modò Deo, modò ipſi Pharaoni tribuatur, interdum etiam paſſivè dicatur, cor Pharaonis induratum eſſe. Conſulenda eſt igitur primum analogia fidei, & tum demum ad æſtimationem phraſeωs veniendum eſt.

LIX.

Conſtans ſcripturæ aſſertio eſt, Deum neq; velle, neqve approbare ſcelera, ſed odiſſe peccatum, & graviſſimè iraſci peccatis Pſal. 5. verſ. 5. 7. Non Deus volens iniqvitatem tu es, odiſti omnes, qvi operantur iniqvitatem, perdis omnes, qvi loqvuntur mendacium. Zach. 8. v. 17. Ne cogitetis malum contra proximum in cordibus veſtris; juramentum mendax ne diligatis, omnia enim hæc ſunt, qvæ odi, inqvit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

Deus. Affirmat eadem ſcriptura Deum non ſollicitare, non allicere voluntatem ad peccandum Jacob. I. v. 13. Nemo, cum tentatur, dicat ſe à Deo tentari; Deus enim â malis non tentatur, ipſe autem neminem tentat. Intelligit verò Apoſtolus tentationem, qvâ is qvi tentatur, ad malum impellitur aut incitatur.

LX.

In hæc manifeſtiſſima ſcripturæ teſtimonia impingit illa ſententia, qvâ Deus dicitur ita obduraſſe cor Pharaonis, ut cauſa fuerit illius contumaciæ, & voluntatem ejus, operatione efficaci, impulerit ad reſiſtendum divino mandato. Et periclitaretur juſtitia Dei, cui Paulus negat ullam vim fieri per ſuam doctrinam, ſi Deus inſtigaret ad peccata, qvæ ipſe ſeveriſſimè prohibet, & graviſſimè punit.

LXI.

Cogit igitur ipſa pietas, qvâ credimus Spiritum Dei in Scripturis ſacris ſibi ipſi non contradicere, ut aliam interpretationem verborum Moſis qværamus. Eam verò tutiſſimè, dubio procul, mutuabimur ex Pſ. 81. v. 9. 10. 12. 13. ubi ipſum Deum in hæc verba loqvutum legimus: Audi, popule mi, conteſtabor te Iſrael; ſi audiveris me, non erit in te Deus alienus, neq; adorabis Deum alienum. Sed non audivit populus meus vocem meam, Iſrael non intendit mihi: & dimiſi eos in ad inventionibus cordium ſuorum, ibunt in conſiliis ſuis. Confer Act. 14, 16. In eundem ſenſum loqvutus eſt Apoſtolus noſter ſupra cap. I. v. 24. Tradidit illos Deus in deſideria cordium ſuorum.

LXII.

Ex hiſce verba Moſis ſic interpretamur. Deus per Moſen indicavit Pharaoni voluntatem ſuam, jubens ut populum Iſraeliticum dimitteret; addidit etiam mandato miracula, ut tantò certior eſſe poſſet Pharao, qvod Moſes & Aaron à Deo miſſi, voluntatis divinæ fideles interpretes eſſent. Interea vidit Deus, cujus oculis omnia patent, qvod Pharao (homo impius, & qvi ſervitio Iſraelitarum tyrannicè abutebatur ad

urbes

urbes & munitiones exſtruendas) non eſſet obſeqvuturus mandato divino, & dimiſſurus populum(cujus opera ipſi valde utilis erat, ut propterea illâ carere nollet,) prædixit igitur Spiritus Dei fore, ut Pharao obfirmaret cor ſuum, & Deus propterea ipſum dimitteret in pravitate, duritia & obſtinatione cordis ſui; cui prædictioni eventus etiam reſpondit.

LXIII.

Qvando autem homo naturâ malus, & ſuo vitio contumax à Deo deſeritur, & permittitur ſuis cupiditatibus, relinqvitur etiam furori Diaboli, qvi juxta voluntatē ſuam ipſum captivum ducit in laqveis ſuis, 2.Tim. 2, 26. id qvod Exempla Saulis & Judæ teſtantur 1.Sam.16.v.14. Joh.13.v.27.

LXIV.

Qvando igitur Deus apud Moſen Exod.4. v.21. ita loqvitur, obdurabo cor Pharaonis, & non dimittet populum; hoc vult dicere: Dimittam Pharaonem in pertinacia cordis ſui, juxta Pſal. 81.v.13. vel tradam eum cupiditatibus cordis ſui, ut ſupra cap.1.v.24. vel qvod idem eſt, permittam illum retinere duritiem cordis ſui, & obdureſcere in conſiliis ſuis, unde fiet, ut pertinaciter recuſet populum dimittere.

LXV.

Qvoniam verò hæc interpretatio analoga fidei eſt , & Deum ab omni injuſtitiæ ſuſpicione liberat, videndum porrò eſt, an etiam loqvutiones Moſaicæ eandem admittant, qvod ſi probari poterit, dubium nullum eſt, qvin hæc explicatio menti Spiritus ſancti conformis ſit.

LXVI.

Adducimus ex N. T. in ſimili plane materia ſimile exemplum , ubi verbum activum tranſitivæ ſignificationis exponi debet permiſſivè. Qvod enim dicitur in Oratione Dominica Matth. 6.v.13. Ne inducas nos in tentationem , neceſſariò exponendum eſt, Ne ſinas nos induci in tentationem. Qvia enim, ut ſupra dictum eſt ex Jac. 1. v.13. Deus neminem tentat ad malum, & verò in Oratione Dominica tentationes ad malum deprecamur, fruſtra peteremus, ne Deus efficaci operatione

ne permitat nos in tentationē malam induci, id qvod naturæ ipſius adverſatur. Manet igitur illa petitionis ſententia, ut nō permittat nos in tentationem malam introduci. Firmatur etiam hæc explicatio ex Cor. 10. v. 13. ubi ita loqvitur Paulus: Deus eſt fidelis, qvi non ſinet, ἐάσει, vos tentari ultra id, qvod ferre poteſtis.

LXVII.

Neq; deſtituimur exemplis Hebrææ lingvæ, in qvibus verba conjugationum in Piel & Hiphil, non aliter qvàm permiſſive exponi poſſunt. Citamus Gen. 12. v. 12. Deut. 20. v. 16. & Judicum 21. v. 14. 2. Reg. 7. v. 4. ubi verbum חִיָּה in Piel occurrit, & Joh. 2. v. 13. Item cap. 6. v. 16. ubi idem verbum in Hiphil uſurpatur. Manifeſtum enim eſt, conjugationes nominatas iſtis locis non ſignificare actionem tranſitivam, ac ſi illi, qvi dicuntur vivificaſſe, effectivè vitam dediſſent illis, qvos vivificarunt: ſed hoc tantum indicatur, qvod vivere eos permiſerint; vitam, qvam habuerunt, iis non adimerint. Qvid igitur impedit, qvo minus verba Hebræa obdurationem ſignificantia, qvæ à cap. 4. ad 14. Exodi, in Piel & Hiphil, decies de Deo uſurpata occurrunt, eodem modo permiſſivè exponi poſſint, cum analogia fidei & materia ſubſtrata id neceſſario atq; evidenter reqvirant.

LXVIII.

Cum hac interpretatione verborum Moſis, conjungimus illam Dei actionem, qva plagas Ægypto immiſſas ſubinde remiſit, non alio fine, qvam ut Pharao agnoſceret potentiam divini Numinis, imperantis dimiſſionem populi, illiqve obſeqvium præſtaret: qvâ tamen plagarum intermiſſione, Rex, præter intentionem Dei, & contra promiſſum ſuum, abuſus eſt, ad obfirmandum animum, ne filios Iſrael dimitteret. Prævidit hoc Deus, & prædixit, ſe nihil aliud effecturum ſuâ indulgentiâ, qvam ut Pharaonem duriorem redderet, & difficiliorem, ad dimittendum populum. Huic prædictioni eventus etiam reſpondit, qvod Spiritus ſanctus, in hiſtoriâ plagarum, ſuis locis annotavit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

LXIX.

Ex iis, qvæ hactenus dicta ſunt, rectiſſimè colligimus, Deum neminem ex abſoluto odio actione efficaci indurare, qvem ſenſum tamen adverſarii verbis Apoſtoli affingunt; ſed ipſum homines contumaces & rebelles, qvi bonitate & patientiâ ipſius neqviter abutuntur, juſtiſſimè deſerere gratiâ ſuâ, eosq; ſibimetipſis relinqvere, ut ſua ſponte & inſtinctu, atq; impulſu Diaboli, in ſcelera magis magisq; ruant. Tales autem fuiſſe plerosqve Judæos, tempore Apoſtoli Pauli, inprimis ipſos Doctores, ex Act. Apoſtolicis abundè conſtat. Vide cap. 4. v. 1. 2. 3. 18. cap. 5. v. 33. 40. cap. 7. v. 54. cap. 14. v. 19. &c. Atq; ſic concludimus cum D. Paulo, apud Deum non eſſe injuſtiam, qvando, qvorum vult, miſeretur, & qvos vult obdurat.

LXX.

Sed ex data reſponſione nova objectio naſcitur, qvam Paulus ante occupat, & v. 19. his verbis exprimit: *Dicis igitur mihi, qvid adhuc qveritur, voluntati enim ejus qvis reſiſtit.* Sententia objectionis eſt: Si Deus, qvem vult, indurat, & verò nemo voluntati ejus reſiſtere poteſt, non habet juſtam cauſam conqverendi de illis, qvi indurantur. Fiunt enim, qvæ vult; nemo autem juſte accuſat ea, qvæ ipſe vult & facit. Cui Objectioni dupliciter reſpondet Apoſtolus, primò per objurgationem, qvam illuſtrat ſimilitudine, ſumpta à figulo & luto, qvod eſt in manu figuli: Deinde monſtratis veris cauſis tùm aſſumptionis, tum rejectionis.

LXXI.

Objurgatio ponitur v. 20. *O homo, tu qvis es, qvi reſpondeas Deo? Numqvid dicit figmentum ei, qvi finxit illud, cur me ſic feciſti:* Qvaſi dicat Spiritus Dei, tu qvi pulvis & cinis es, qvo modo audes diſceptare cum divina Majeſtate, ut non verearis actiones ejus qvaſi ad tribunal humani judicii citare. Non tenetur Deus reddere cuiqvam rationes factorum ſuorum. Qvæcunq; agit, ea, ut liberrime, ita juſtiſſimè agit, qvamvis cauſæ actionum illius non ſemper nobis pateant. Ratio additur, cur debeat homo abſtinere à diſceptatione cum Deo;

qvoniam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

qvoniam figmentum ejus eſt: Non autem expoſtulat figmentum cum creatore, cur ad hunc & non alium modum illud finxerit?

LXXII.

Similitudo, qvâ increpatio confirmatur, & illuſtratur, ſubjungitur v. 21. his verbis: *An non habet poteſtatem figulus luti, ex eadem maſſa facere aliud qvidem vas in honorem, aliud in ignominiam?* Simile hoc diſtincte, & cum accurato diſcrimine accommodari debet ad præteritionem. Iſmaelis & Eſavi in bonis temporalibus, atq; ad rejectionem Pharaonis & aliorum infidelium æternum pereuntium.

LXXIII.

Qvod attinet Iſmaelem & Eſavum, qvos Deus poſtpoſuit Iſaaco & Jacobo in donatione terræ Abrahamo & ſemini ejus promiſſæ, atq; in privilegio ortus Meſſiæ, ſimilitudinis ratio hæc eſt. Deus eſt inſtar figuli; Homines omnes, adeoq; etiam Iſmael & Eſavus, Iſaacus & Jacobus ſunt inſtar luti in manu ejus. Qvemadmodum ergo figulus, qvi ex eodem luto facit unum vas ad honeſtos uſus, aliud ad minus honeſtos (ita enim vocabulum ignominiæ hic accipiendum eſt) à nemine propterea meritò reprehendi poteſt: Ita neq; Deus juſtè accuſatur, qvod ex eodem ſemine Abrahæ voluerit Iſacum & Jacobum illuſtriori loco in Eccleſia eſſe, Iſmaelem & Eſavum minus illuſtri, qvodq; illos & ipſorum poſteros prærogativa terræ Canaan, cuſtodiæ Legum & promiſſionum divinarum, ortus deniq; Meſſiæ dignatus ſit, Iſmaele & Eſavo, eorumqve poſteris præteritis.

LXXIV.

Hinc peti debet judicium de diverſis ordinibus & ſtatibus in humana ſocietate, qvorum origo & conſervatio ad ipſum Deum referenda eſt; Itimq; de variis caſibus & viciſſitudinibus, qvibus obnoxia eſt vita hominum, qvas ſcriptura affirmat ex arbitrio & voluntate Dei pendere. Vide Dan. 4. v. 14. & 22. Prov. 22. v. 2. Eccl. 4. v. 14. In hiſce omnibus qvocunq; loco ſumus, & qvaliacunq; nobis eveniunt, nunqvam excidet animis noſtris illa cogitatio, qvod ſimus lutum in manu Dei,

qvodq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

qvodq; ipſe habeat poteſtatem de nobis ſtatuendi pro liberrima ſua voluntate; neq; dubitemus, qvin ipſi ſint juſtiſſimæ cauſæ talis ſuæ adminiſtrationis, utut illæ noſtris oculis & intellectui non pateant. Tribuamus igitur ipſi juſtitiæ laudem, dicentes cum Davide ex Pſ. 119. v. 137. Juſtus es Domine, & recta ſunt judicia tua; atq; petamus, ut velit facere nos vaſa miſericordiæ, in qvæ effundat divitias bonorum ſpiritualium, ad ſuam gloriam & noſtram ſalutem.

LXXV.

Qvando autem ſimilitudo accommodatur ad illuſtrandum negotium Prædeſtinationis & Rejectionis, jam ejus explicatio petenda eſt ex verbis proxime ſeqventibus v. 22. & 23. in qvibus monſtrantur propriæ cauſæ tum aſſumptionis eorum, qvi ſalvantur, tum reprobationis eorum, qvi pereunt, qvæ eſt ſecunda reſponſio ad motam objectionem. *Qvod ſi*, inqvit Apoſtolus, *Deus volens oſtendere irã, & notam facere potentiam ſuã, ſuſtinuit, in multa patientia, vaſa iræ aptata ad interitum. Ut oſtenderet divitias gloriæ ſuæ, in vaſa miſericordiæ, qvæ præparavit in gloriam.* Ex his verbis patet, alieniſſimam eſſe mentem Pauli ab illorum ſententia, qvi ex ſimili de figulo & luto probare conantur, Deum, voluntate efficaci, eâq; abſolutâ, qvoſdam homines deſtinaſſe & condidiſſe ad ignominiam & interitum.

LXXVI.

Etenim reprobi dicuntur vaſa præparata ad interitum, non verò additur, Deum eos præparaſſe, ut interirent. Qvi autem ſcire volet, â qvo homo ſit transformatus, à vaſe gratiæ & ſalutis, ad vas ignominiæ & perditionis, audiat ſcripturam, qvæ clariſſimè hoc ediſſerit. Sap. 2. 28. & 24. Deus creavit hominem in integritate, ad imaginem ſuam creavit illum: invidiâ autem Diaboli mors intravit in mundum. Rom. 5. v. 12. Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors: mors autem pertranſiit in omnes, in qvo omnes peccaverunt. Oſ. 13. 9. Perditio ex te Iſrael, ex me verò ſalus tua. Invidiâ igitur Diaboli & pravâ hominis voluntate,

factus eſt homo vas interitus; atq; ſic Deus talem non fecit, ſed invenit. Qvod primo loco doctrinæ abſolutæ reprobationis hic opponimus.

LXXVII.

Deinde dicitur Deus, multa patientiâ tolerare vaſa præparata ad interitum, qvæ locutio ſecundum præbet argumentum commento Stoico opponendum. Etenim qvod aliqvis ipſe facit, id placet ipſi, eoq; delectatur: qvod verò qvis cum patientiâ & qvidem magnâ tolerat, illud ipſi diſplicet, & proinde ad ipſum, tanqvam autorem, referri non poteſt. Qvando igitur Apoſtolus docet, Deum non ſine magnâ animi patientiâ ferre vaſa præparata ad interitum, clariſſimè innuit eum non effectivè paraſſe talia vaſa, ſed magis dolere ipſum, qvod ea aliunde ad interitum parata ſint.

LXXVIII.

Præterea in textu additur, qvod vaſa præparata ad interitum ſint vaſa iræ, ſcilicet divinæ, vel qvibus Deus iraſcitur. Ex his verbis porrò efficitur, Deum non eſſe auctorem vaſorum iræ, qvatenus vaſa iræ ſunt; nihil enim odit eorum, qvæ ipſe fecit Sap. 11.25. Neq; ſanè ab injuſtitiâ liberari poſſet Deus, ſi iraſceretur operibus manuum ſuarum, qvatenus ſunt opera manuum ejus.

LXXIX.

Docet igitur Apoſtolus, qvod Deus inveniat homines à Satanâ & pravâ ipſorum voluntate ad interitum præparatos, qvos magnâ patientiâ tolerat, dum non ſtatim de ipſis ſupplicium æternum ſumit, qvod juſtiſſimè facere poterat; ſed multo magis invitat eos ad reſipiſcentiam, media converſionis & ſalutis ſufficienter illis præbet, atq; magnâ cum animi longanimitate pœnitentiam eorum exſpectat: ipſos verò, per contemptum divitiarum bonitatis, tolerantiæ & lenitatis divinæ, qvâ ad pœnitentiam invitantur, juxta duritiem ſuam & cor pœnitere neſcium, accumulare ſibi iram, in die iræ & juſti judicii Dei, Rom. 2. v. 4. 5.

Atq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

LXXX.

Atq; tales ſunt illi, in qvibus Deus oſtendit iram ſuam, & notam facit potentiam ſuam. Deus finaliter impœnitentes non tantùm excludit è numero filiorū ſuorum, atq; è regno gloriæ ſuę: verùm ſępius eoſdem etiam atrocibus ſuppliciis in hac vitâ punit; primo, ut oſtendat iram ſuam adverſus peccata, qvò innoteſcat omnibus, diſplicere ipſi impietatem & contumaciam hominum; deinde, ut notam faciat potentiam ſuam, qvod nimirum major ſit omnibus impiis & refractariis, qvodqve eos facilè in ordinem redigere & furores eorum evertere poſſit; deniq; etiam ut vaſa miſericordiæ, intuitu ſuppliciorum ejuſmodi, diſcant diligentiùs ad animum ſumere, & reverentiùs habere inæſtimabilem theſaurum gratiæ & miſericordiæ, cui unicè debent, qvod ex vaſis iræ & interitus, qvalia naturâ fuerunt, vaſa miſericordiæ & gloriæ facta ſint.

LXXXI.

Ex præmiſſis non difficile eſt colligere, veras cauſas, propter qvas Deus qvorundam miſeretur ad ſalutem, alios autem obdurat ad interitum.

LXXXII.

Invenit omnes homines æqvales, reos nempe peccatorum, iræ Dei & damnationis æternæ. Qvod tales ſint, valde ipſi diſplicet, interim tolerat eos multa longanimitate, nolens aliqvos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reverti, 2.Pet.3. v.9. Ezech.33.v.11. cap.18.v.32. Monſtrat illis ſalutem, Joh.17.v. 3.1.Joh.5.v.11.12. & media ſalutis, Act.2,38. 1.Joh.5,13. Joh.3,36. Rom.10.v.8.&15. Dat illis ſpatium pœnitentiæ, Rom.2,4.2.Pet. 3,9. & hortatur ut reſipiſcant, Hebr.2.v.7. & 15. Ezech.18,32. & 33. v.11. Et hæc omnia tantâ curâ & ſolicitudine agit, ut proteſtetur, ſe nihil reliqvum feciſſe, qvod ad ſalutem hominum procurandam reqviri poſſet. Ita enim loqvitur Eſ.5.v.3.& 4. Habitatores Jeruſalem & viri Juda, judicate inter me & vineam meam. Qvid eſt, qvod debui ultra facere vineæ meæ, & non feci ei? Confer parabolam de nuptiis Matt.22,4.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

LXXXIII.

Hac ratione omnes illi, qvi ſalutem conſeqvuntur, præparantur ab ipſo Deo, ut ex vaſis iræ & interitus, qvales ſunt naturâ ſuâ, fiant, per fidem, ex Sacramentorum uſu & verbi auditu conceptam, vaſa gratiæ & gloriæ, idq́; ex merâ ipſius gratiâ & miſericordiâ; qvæ ſunt veræ cauſæ aſſumptionis eorum, qvos Deus vitâ atq; ſalute æternâ dignatur.

LXXXIV.

Et ſanè ſeria eſt voluntas Dei, ut omnes homines eodem modo, & per eadem media, fiant vaſa miſericordiæ & ſalventur, 1. Tim. 2, 4. 2. Pet. 3, 9. Verùm multò maxima hominū pars non audit vocem ejus, Pſ. 81, 12. ambulat in viâ non bonâ, juxta cogitationes ſuas, Eſa. 65, v. 2. deſpicit conſilium Dei, increpationes ejus negligit, Prov. 1, 25. Spiritui ſancto reſiſtit, Act. 7, 51. idcirco dimittit eos Deus in pertinaciâ cordium ſuorum, Pſ. 81, 13. & deſerit eos gratiâ ſuâ, Eſ. 6. v. 9. 10; unde ex ſe mali, & jam gratia Spiritus ſancti deſtituti, ſeducuntur magis magisq́; à propriis cupiditatibus, Rom. 1, 24. Eph. 4, 19. atq; ab inſidiis & tentationibus Diabolicis; 2. Cor. 4, 4. 2. Theſſ. 2. v. 9. 10. 11. 12. Tandemq́; juſtiſſimè punit eos, interdum ſuppliciis in oculos omnium in hac vitâ incurrentibus, ut Pharaonem, Exo. 9. v. 16. Herodem, Act. 12, 23. Matth. 22. v. 7, &c. nonnunqvam privatione verbi ſui, Amos 8. v 11. 12. Mat. 21. v. 43. Apoc. 2. v. 5. ſemper æterno exitio, 2. Theſſ. 1. v. 8. 9. niſi reſipiſcant. Unde evidenter patet cauſas reprobationis & interitus non in Deo, ſed in ipſis hominibus reſidere.

LXXXV.

Ex his, qvæ modò dicta ſunt, talem elicimus applicationem ſimilitudinis, v. 21. ab Apoſtolo adductæ. Qvemadmodum lutum eſt in manu figuli; ita homines peccatores ſunt in manu Dei. Veluti figulus eodem modo tractat lutum, anteqvam vaſa ex eo fingat; ſic Deus, per idem verbū, eandem gratiam omnibus peccatoribus offert, volens omnes ſalvari. Figulus absq; injuſtitiæ ſuſpicione ex eâdem maſsâ luti, ſibi obſeqvente, facit unum vas ad honorem, alterum ad dedecus;

Deus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

Deus peccatores, obſeqventes vocationi, & admittentes oblatam gratiam, facit vaſa miſericordiæ ad gloriam; & vice verſâ, negligentes invitationem gratuitam & ſalutaria monita, atq; deſpicientes conſilium Dei, qvod in verbo ipſis annunciatur, juſtiſſimè deſerit, indurari excœcari & interire permittit, referens interea talium exitium ad fines bonos, nempe ad oſtenſionem iræ ſuæ, & potentiæ ſuæ manifeſtationem.

LXXXVI.

Hinc ſeqvitur, qvod in qvæſtione erat, Deum juſtè conqveri de illis, qvos obdurat, qvoniam ipſe, per ſe, non eſt indurationis cauſa, ſed prava hominum voluntas reſpuentium media gratiæ & ſalutis. Ipſe enim, ex officio juſti judicis, qvos invenit malos & vitio ſuo contumaces, gratiâ ſuâ deſerit, & deſertos obdurari, atq; in exitium ruere permittit.

LXXXVII.

Mentioni factæ vaſorum à Deo ad gloriam præparatorum ſubjungit Apoſtolus doctrinam de vocatione gentium, ſimulq; redit ad propoſitionem, qvæ fuit in prima capitis parte, qvod plurimi Judæorum reprobentur. Utrumq; membrum probat teſtimoniis propheticis, & cauſam expreſsè ponit, tum rejectionis Judæorum, tum adoptionis gentilium, fidem ſcilicet & incredulitatem. *Pars IV.*

LXXXVIII.

Conjungitur autem v. 24. cum prioribus qvaſi per occupationem qvandam, dum ita loqvitur Paulus, *Qvos & vocavit, nimirum nos, non ſolùm ex Judæis, ſed etiam ex gentibus.* Animadverto, vult Apoſtolus dicere, qvod, auditâ mentione vaſorum gloriæ, intra animos veſtros dicatis; Nos Judæi ſumus illa vaſa gloriæ, non igitur verum eſt, qvod plurimi noſtrum pereant. Verum ſcire vos velim, ô dilectiſſimi Sympatriotæ, qvod Deus etiam ex gentibus præparet ſibi vaſa miſericordiæ & gloriæ. Notandum autem relativum hic diſcrepare in genere ab antecedente ſubſtantivo. Reſpicit enim Paulus non verba, ſed ſenſum, qvod ſcilicet homines ſint vaſa illa, de qvibus loqvutus eſt.

Im-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

LXXXIX.

Imprimis etiam obſervatu dignum eſt, qvomodo Deus præparet homines, ut fiant vaſa miſericordiæ ad gloriam, nempe per vocationem. Qvando igitur Deus vocat, noſtrum eſt ſedulò & devotè auſcultare, ita per Euangelii prædicationem, donabit nos verâ ac ſalvificâ fide, ut fiamus vaſa gratiæ, atq; per eandem Euangelii prædicationem, in iſtâ fide nos confirmabit, uſq; dum reddimur participes gloriæ, ad qvam nos ex gratiâ præparavit.

XC.

Qvoniam autem Judæi non erant habituri fidem nudis Pauli verbis, firmat aſſertionem ſuam de vocatione gentilium teſtimonio prophetico duplici v.25. & 26. *Sicut in Oſea dicit, vocabo non plebem meam, plebem meam, & non dilectam, dilectã. Et erit in loco, ubi dictum eſt eis, Non populus meus vos, ibi vocabuntur filij Dei vivi.*

XCI.

Deſumptum eſt prius teſtimonium ex v. 23. cap. 2. Hoſeæ, cujus Prophetæ tempore ſoli Judæi hoc titulo gaudebant, ut dicerentur populus Dei: prædicit autem fore, ut illi, qvi tum non habebantur pro Dei populo, aliqvando vocarentur gens illi dilectiſſima; qvę eſt clariſſima prophetia de vocatione gentium ad Eccleſiæ communionem.

XCII.

Alterum teſtimonium exſtat cap. 1. v. 10. ejuſdem Prophetæ, & eundem habet ſenſum cum priore. Neminem autem offendet, qvod Hoſeas loco citato, de filiis Iſraelis loqvatur, qvorum numerum dicit fore inſtar arenæ maris, qvæ neqve menſurari, neq; numerari poteſt, addita ratione, qvod in loco, ubi dicebatur illis, non populus meus vos, dicetur eis, filii Dei viventis. Etenim locutio eſt Prophetæ de ſpiritualibus Iſraelitis, qvos Apoſtolꝰ noſter, v. 8. hujus capitis, vocavit filios promiſſionis; qvo pertinent omnes credentes, non tantùm illi, qvi ſunt ex circumciſione, ſed etiam ii, qvi in præputio imitantur veſtigia fidei Abrahami, ſupr. c. 4, 12.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

XCIII.

Jucunda debet eſſe nobis meditatio horum vaticiniorum, qvorum complementum in nobis ipſis experimur. Atq; ut ad gratitudinem erga Deum miſericordiſſimum excitemur, juxta ſe ponemus ſæpiùs miſerrimam parentum noſtrorum conditionem, qvi in gentiliſſimo fuerunt ſine Chriſto, alienati à Republica Iſraelis, hoſpites promiſſionis teſtamentorum, ſpem non habentes, & ſine Deo in hoc mundo, Eph. 2. verſ. 12. & beatiſſimum noſtrum ſtatum, qvos Deus eripuit de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in Regnum filii ſui dilecti, atq; dignos fecit participatione ſortis ſanctorum in lumine, Col. 2. v. 12. 13.

XCIV.

Vocationem Gentium illuſtrat Apoſtolus ab oppoſita Judæorum rejectione, qvam probat qvondam à ſpiritu Dei per Prophetam Eſaiam prædictam eſſe. Citat enim ex Eſaiâ bina teſtimonia, qvorum prius deſumpſit ex v. 22. & 23. cap. 10. poſterius ex v. 9. cap. 1.

XCV.

Priorem locum qvod attinet, adducitur ille v. 27. & 28. his verbis: *Eſaias autem clamat ſuper Iſrael; Si fuerit numerus filiorum Iſrael, tanqvam arena maris, reliqviæ ſalvæ fient. Verbum enim conſummans & abbrevians in æqvitate: qvia verbum abbreviatum faciet Dominus ſuper terram.*

XCVI.

Sententia vaticinii eſt, qvod ex numeroſiſſimâ Judæorum multitudine pauci tantum ſalvandi eſſent, qvoniam Deus decrevit, ex juſto ſuo judicio, ſumere pœnas de impiis Judæis, ob ſcelera eorum & impænitentiam: qvæ eſt probatio ejus, qvod in prima capitis parte dixerat Apoſtolus, nempe maximam partem Judæorum à Deo reprobari, & æternum perire.

XCVII.

Poſterior pars teſtimonii prophetici paulò obſcurior eſt, qvæ tamen obſcuritas videtur commodè tolli poſſe hoc modo; Dominus loqvutus eſt verbum, qvod velit conſummare

&

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

& perdere populum, in juſtâ irâ ſuâ, eumq́; ad paucitatem redigere; & hoc verbum, redigens Judæos ad paucitatem, perficiet Deus in omni terra.

XCVIII.

Alii ab hac interpretatione nonnihil variant, juxta qvos hic eſt verborum ſenſus. Dominus concepit judicialem ſententiam contra incredulos Judæos, qvam ſuo tempore exeqvetur, abjiciendo & perdendo illos: interim tamen judicium hoc abbreviabit, propter electorum reliqvias, qvas veluti ex incendio ereptas ſalvabit. Sed utram expoſitionem retinueris ſalva res eſt, & propheticū dictū propoſito Apoſtoli ſervit.

XCIX.

Alter locus ex cap. 1. Eſaiæ deſumptus ita habet verſ. 29. *Et ſicut prius dixit Eſaias: Niſi Dominus Zebaoth reliqviſſet nobis ſemen, ſicut Sodoma facti eſſemus, & Gomorrhæ ſimiles fuiſſemus.* In hoc teſtimonio attendenta eſt, extrema Judæorum corruptio, & à Deo defectio, deſcripta à Propheta v. 2. 3. 4. & 5. qvæ ipſorum malitia in causâ fuit, qvod terra eorum ſit vaſtata ab hoſtibus, & civitates pleræq́; conſumptæ igne, ut cernerentur ſaltim hinc inde aliqvæ miſeræ & laceræ reliqviæ Regni Juda, qvos Deus ex miſericordiâ conſervavit; qvod niſi feciſſet, omnes in univerſum deleti fuiſſent, qvemadmodum Sodoma & Gomorrha funditus everſæ fuerunt. Qvod vaticinium etiam ad paucitatem ſalvandorum ex Judæis rectiſſimè hic accommodatur.

C.

Ex allegatis vaticiniis de gentium adoptione & Judæorum rejectione manifeſtum evadit, non omnes, qvi ſecundum carnem ortum ſuum ad Iſraelem referre poſſunt, eſſe veros Iſraelitas, ſed promiſcuè omnes, qvi promiſſionibus credunt, cenſeri filios Abrahami, absq; reſpectu ullo carnalis originis, id qvod contra Judæos probare conſtituit Apoſtolus. Qvæ autem ſint cauſæ, cur Iſraelitarum multi bonis promiſſis exciderint, & gentes in ipſorum locum à Deo aſſumptæ ſint, in ſeqventibus clariſſimè exponitur.

Obji-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

CI.

Objiciebant enim adhuc Judæi, & qverebantur ſibi injuriam fieri, ſi Deus, ipſis rejectis, gentiles faceret participes gratiæ, qvum illi juſtitiam Legis, qvam gentes neglexerant, laborioſiſſimè ſectati eſſent. Ad hanc objectionem reſpondet Paulus v. 30. ſeq. & veram cauſam hujus permutationis adſignat. Verba autem verſuum 30. & 31. ita habent. *Qvid igitur dicemus? qvod Gentes, qvæ non ſectabantur juſtitiam, apprehenderunt juſtitiam: juſtitiam autem, qvæ ex fide eſt. Iſrael autem ſectando Legem juſtitiæ, ad Legem juſtitiæ non pervenit.*

CII.

Παράδοξον eſt rationi, illos juſtitiam conſeqvi, qvi eam non ſectantur; iſtos verò, qvi juſtitiam ſtudioſiſſimè qværunt, conatu ſuo fruſtrari: qvæ res, omnibus temporibus, ſcandalo fuit ſapientiæ humanæ.

CIII.

De Gentibus dicitur, qvod non ſectatę ſint juſtitiam, ſcilicet ex operibus; ſed ſibi per Euangelii prædicationem perſvaderi paſſę ſint, juſtitiam obœdientiâ & paſſione Chriſti acqviſitam, & fide apprehenſam, coram Deo valere: atq; hac ratione veram juſtitiam aſſeqvuti ſunt. Qvum interea Judęi magno ſtudio Legem implere conarentur, ut per Legis impletionem, vitâ & ſalute potiri poſſent; atq; ſic occœcati perſvaſione propriè ſanctitatis, fidei juſtitiam aſpernarentur: unde factum eſt, qvod ab illâ juſtitiâ, qvæ unica in oculis Dei pretioſa eſt, penitus aberrarint. Atq; hoc eſt, qvod dicit Apoſtolus v. 32. *Qvare*, ſcilicet Judæi non pervenerunt ad juſtitiam? *qvia non ex fide*, ſcilicet eam qvæſiverunt, *ſed tanqvam ex operibus Legis.*

CIV.

Atq; hoc modo, qvod eſt rationi humanæ ingens Paradoxon, illud eſt princeps articulus religionis Chriſtianæ, nempe juſtificari nos coram Deo, ſolâ Chriſti juſtitiâ fide apprehenſâ; qvam qvotqvot reſpuunt, & in propriis operibus aut ullâ aliâ re, juſtitiam qværunt, illi omni juſtitiâ, vitâ, & ſalute æternum excidunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

CV.

Hinc igitur judicium petendum eſt, de verâ cauſâ reprobationis eorum, qvi pereunt; qvod ea non debeat qværi in ſimplici & abſolutâ voluntate Dei, certos homines à juſtitiâ & ſalute excludente; ſed in ipſis hominibus, qvi Chriſtum vel non agnoſcunt, vel agnitum cum ſua juſtitiâ & beneficiis repudiant, extra ipſum ad juſtitiam contendentes; vel etiam vitæ impietate ſe verâ fide Chriſti deſtitutos eſſe oſtendunt. Tales qvi ſunt, non accuſabunt occultum aliqvod Dei decretum, ſed propriam cœcitatem & infidelitatem, propter qvam à Deo rejiciuntur & damnantur. Teſtatur hoc ipſe Chriſtus, Joh. 3. v. 18. Qvi non credit, jam judicatus eſt, qvia non credit in nomen unigeniti filii Dei.

CVI.

Sed viciſſim Apoſtolus Eſaiæ teſtimonium pro ſe allegat, qvô probat incredulitatem eſſe veram cauſam reprobationis & damnationis: ita verò loqvitur v. 32. & 33. *Offenderunt enim in lapidem offenſionis. Sicut ſcriptum eſt. Pono in Zion lapidem offenſionis & petram ſcandali; & omnis qvi credit in eum, non confundetur.* Compoſitum eſt hoc teſtimonium, ex duobus locis Eſaiæ, nempe v. 16. cap. 28. & v. 14. cap. 8. Senſus autem eſt, qvod Chriſtus, qvi poſitus erat à Deo in lapidem pretioſum, in fundamentum ſalutis, à Judæis repudiatus ſit, atq; ſic factus ſit illis, non ex Dei intentione, ſed vitio propriæ ipſorum malitię, in ſcandalum & ruinam.

CVII.

Dicitur enim Chriſtus, lapis offenſionis & petra ſcandali, non qvod Deus ipſum poſuerit in Eccleſiâ, in hunc finem, ut homines ad hunc lapidem offenderent & perirent; qvippe qvi in id poſitus erat à Deo, ut per ipſius notitiam & fidem, homines lapſi ad vitam erigerentur, & ſalvi fierent: ſed qvod præter intentionem Dei, proprio hominum vitio plurimi in ipſius aut perſonâ, aut doctrinâ, aut vitâ offendantur, ut nolint ipſum pro Meſſiâ promiſſo, & unico ſalutis fundamento admit-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

admittere; verùm repudient ipſum, cum omnibus ſuis beneficiis, & ſic æternum pereant.

CVIII.

Hanc explicationem docuit nos D. Petrus 1. Epiſt. 2. v. 6. ubi ſic loqvitur; Ita dicit Scriptura: ecce pono in Sion lapidem angularem, probatum, pretioſum, & qvi credit in eum, non confundetur. Vobis igitur honor credentibus. Non autem credentibus, lapis, qvem reprobarunt ædificantes, factus eſt caput anguli, & lapis offenſionis, & petra ſcandali, his, qvi offendunt verbo, nec credunt. Confer Matth. 21. verſ. 42. Actor. 4. v. 11. 12.

CIX.

Simili planè ratione Euangelium ex divinâ iuſtitutione eſt potentia Dei ad ſalutem omni credenti, & ſic odor vitæ ad vitam: per accidens autem reprobis, qvi regnum Dei, in Euangelii prædicatione ipſis oblatum, rejiciunt, fit odor mortis ad mortem, 2. Cor. 2. 16.

CX.

Hæc cogitatio excitabit nos, ut diligenter curemus ea, qvæ ad pacem & ſalutem noſtram faciunt. Qvod rectè fiet à nobis, , ſi recipimus verbum Dei, cum omni manſvetudine, atq; attendimus ſermoni Prophetico ſimul & Apoſtolico, uſqve dum dies illuceſcat, & Lucifer oriatur in cordibus noſtris. In hac curâ & ſtudio ſi occupamur, & ad finem uſq; perſeveramus, non deerit Deus promiſſis ſuis: ſed per hoc verbum ſuum, excitabit fidem in cordibus noſtris, eandemq; fovebit & confirmabit ad ſuam gloriam, & æviternam noſtram ſalutem. Ipſi Uni & Triuno, Patri, Filio, & Spiritui ſancto, ſit laus, honor & benedictio in ſecula.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

DE REJECTIONE JUDÆORUM, & ADOPTIONE GENTIUM,

DISPUTATIO SECUNDA,

Ex

Capite 10. Ep. D. Pauli ad Rom.

In Regiâ Academiâ Hafnienſi, die 25. Septembr. loco & horis ſolitis, Propoſita,

à

NICOLAO PAULI SCANDORPHIO,

S.S. Theolog. D. & Prof. ordinario;

Reſpondente

PAULO ANDREÆ ARHUSIO,

Philoſoph. Baccalaureo.

HAFNIÆ,

Literis SARTORIANIS, Acad. Typogr. Anno 1644.

2

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

THESIS I.

IN DISPUTATIONE SUPERIORIS ANNI, expendimus nonum caput Epiſtolæ Pauli ad Romanos. In iſtius Capitis parte poſtrema docuit Apoſtolus, Qvæ ſint cauſæ reprobationis Judæorum & adoptionis gentilium, nempe fides & incredulitas. Hac occaſione mentionem fecit Juſtitiæ ejus, qvæ ex fide eſt, qvam contrà diſtinxit Legi Juſtitiæ, id eſt, ut ipſe interpretatur, juſtitiæ operum ſive legis. De hac duplici Juſtitia porro agit Cap. 10. â v. 1. ad 15. Hinc oſtendit medium, per qvod placuit Deo conferre hominibus fidem, ſcilicet prædicationem & auditum Evangelij ; qvod medium, qvia Judæi reſpuerunt, admiſerunt autem gentiles, illi rejecti à Deo, hi ſalvi facti ſunt. Iſtas duas partes capitis ordine videbimus.

II.

Orditur viciſſim hoc Caput à captatione benevolentiæ, *Pars I.* dum primo loco commemorat affectum ſuum prolixum erga Judæos, deinde commendat ipſorum Zelum, qvod flagrarint ardentiſſimo ſtudio qværendi Deum. De primo ita ait v. 1. *Fratres, propenſio qvidem cordis mei, & deprecatio ad Deum pro Iſraele, eſt ad ſalutem.* Romanos, qvi per Evangelium Pauli in Chriſtum jam credebant, ipſe vocat fratres, propter communionem ſpiritualem, qvam habebant invicem, ſub uno patre Deo, per Mediatorem & fratrem unicum Jeſum Chriſtum. Hinc proteſtatur, ſe non ex odio aliqvo loqvi, de aberratione Judæorum à vera Juſtitia: ſed ſe & loqvi & ſcribere de illorum cœcitate cum magna commiſeratione, ſeq; exoptare ſeriò eorum converſionem & ſalutem, pro qva etiam affirmat ſe aſſiduas ad Deum preces fundere.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

III.

Hæc εὐδοκία Pauli erga incredulos Judæos, & ab ea profectæ juges deprecationes pro illarum ſalute, evertit dogma abſolutæ reprobationis, qvod Apoſtolo obtrudere conantur adverſarii noſtri. Etenim temerè omninò feciſſet, ſi tam anxiè fuiſſet Deum deprecatus pro iſtorum ſalute, qvos noverat, ex abſoluto beneplacito Dei, morti & damnationi adjudicatos fuiſſe. Qvum autem, pro incredulis tam ardenter precatur, manifeſtè indicat, qvòd pateret ipſis aditus ad gratiam, ſi moniti vellent reſipiſcere.

IV.

De Zelo Judæorum ita loqvitur v. 2. *Teſtimonium enim perhibeo illis, qvod Zelum Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam.* In his verbis continetur qvaſi nova objectio, contra aſſertionem Pauli de Judæorum rejectione, qvæ ita habet. Iſrael tanto flagrat Zelo gloriæ divinæ, & tanto pietatis ſtudio tenetur, ut nihil eorum intentatum relinqvat, qvibus arbitratur ſe poſſe probare Deo vitam & obſeqvium ſuum. Fieri itaq; non poteſt, ut populus tam obſeqvens mandatis Dei, tamq; ſtudioſus operum bonorum, à Deo rejiciatur.

V.

Ad hanc objectionem reſpondet Apoſtolus, per conceſſionem & correctionem. Fateor, inqvit, qvod habeant Sympatriotæ mei Zelum magnum, qvodq; ſtrenuè præ ſe ferant deſiderium vitæ & ſalutis æternæ: ſed moneo etiam, qvòd magnâ laboret ignorantia & errore iſte Zelus, ut propterea ipſorum ſaluti non tam proſit, qvàm officiat.

VI.

Docemur errare eos, qvi obtrudere volunt Deo Zelum ſuum & bonam intentionem, verbo & mandato divino deſtitutam. Rejicit tales cultus ipſe Chriſtus, Matth. 15 v. 9. Fruſtra, inqvit, colunt me, docentes doctrinas, qvæ ſunt mandata hominum. Videndum igitur eſt, ut Zelus noſter habeat fundamentum infallibile, verbum & mandatum Dei, ita demum erit verus, laudabilis & ſalutaris Zelus.

Igno-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

VII.

Ignorantia verò & error, cujus arguit Zelum Judæorum Apoſtolus, adducitur v. 3. his verbis deſcriptus: *Ignorantes enim juſtitiam Dei, & ſuam qværentes ſtatuere, juſtitiæ Dei non ſunt ſubjecti.* Juſtitiam, qvam cap. 9. v. 30. dixit ex fide eſſe, hic vocat juſtitiam Dei, non tantùm, qvia eſt donum Dei gratuitum, Eph. 2. v 8, ſed etiam ut innuat, hanc juſtitiam in Dei oculis & judicio tam pretioſam eſſe, ut ejus ſolius intuitu homines peccatores juſtos pronuntiet, Luc. 18. v. 14. iiſq; vitam largiatur æternam. Joh. 3. v. 15. & 36. Hanc juſtitiam dicit Paulus Judæos ignoraviſſe, non qvidem per inopiam verbi divini, aut fidelium doctorum, à qvibus veram juſtificandi rationem diſcere potuerant: ſed incuriâ ſciendi atq; diſcendi ignaviâ; imprimis autem errore opinionis propriæ juſtitiæ, qvam operibus ſuis & Legis impletione qværebant ſibi ſtatuere: qvæ perſvaſio in cauſa fuit, qvòd doctrinæ de gratuita fidei juſtitia aſſenſum præbere non potuerint.

VIII.

Statuere ſibi propriam juſtitiam dicuntur illi, qvi juſtitia & ſanctitate operum ſuorum freti, exiſtimant ſe in judicio DEI conſiſtere poſſe: qvem errorem Judæis familiarem fuiſſe, imprimis autem Phariſæis, qvi reliqvis juſtiores & ſanctiores haberi volebant, ex hiſtoria Evangelica notiſſimum eſt. Qvamdiu autem hac opinione faſcinati fuerunt, non potuerunt credere gratiâ ſibi & miſericordiâ opus eſſe, atq; ideo neq; potuerunt vel deſiderare, vel amplecti illã gratiam, qvam Evangelium in Chriſto monſtrabat fide apprehendendam, id qvod juſtitiæ Dei ſubjici hic vocat Apoſtolus.

IX.

Monemur in qvàm periculoſo errore verſentur, qvotqvot juſtitiam judicio divino opponendam in operibus ſuis qværunt. Tales non admittunt juſtitiam gratuitam, obœdientiâ & ſatisfactione Chriſti partam, qvæ in Evangelio miſeris peccatoribus offertur, & per fidem credentibus imputatur. Vice autem verſa qvicunq; diffidunt propriæ juſtitiæ, & humiliant ſe

coram

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

coram judicio Dei, illis exoptatiſſimum auditu eſt, qvod ſubjungit Paulus v. 4. *Chriſtum eſſe finem legis, in juſtitiam omni credenti.*

X.

Exiſtimabant Judæi, etiam illi, qvi non fucato ſtudio pietatis ducebantur, Legem per Evangelium abrogari, adeoqve timebant, ne in legem Dei, vel potius in ipſum Deum injurii forent, ſi abjectâ operum fiduciâ, in merito Chriſti juſtitiam ſuam qværerent. Hunc metum inanem fuiſſe docet Apoſtolus, & monſtrat legem ſortitam eſſe finem ſuum in Chriſto, dum ipſe præſtitit Legi perfectam obœdientiam, activam ſimul & paſſivam, qvâ obœdientiâ meritus eſt juſtitiam, non ſibi, ſed miſeris peccatoribus, qvam credentibus gratis donat. Atq; hoc eſt qvod dixerat ſupra cap. 3. v. 31. Legemne deſtruimus per fidem? Abſit; ſed legem ſtabilimus.

XI.

Qvi verô factum ſit, qvòd oportuerit Chriſtum noſtri loco implere Legem, exponit Paulus ſupra cap. 8. v. 3. & 4. Qvod, inqvit, impoſſibile fuit Legi, ſcilicet, ut aſſeqvi poſſet *πλήρωμα* ſuum in noſtra obœdientia & operibus, idq; non Legis, ſed imperfectionis noſtræ vitio, hoc Deus præſtitit, miſſo filio ſuo in carnem, noſtræ carni conſubſtantialem, & peccatrici carni ſimilem, de qvo ſumpſit pœnas, qvas Lex à nobis, propter transgreſſiones noſtras poſcebat: atq; ſic Legi ſatisfactum eſt, ut *δικαίωμα* ejus, juſtitiâ Chriſti nobis per fidem imputatâ, in nobis impleretur. Hinc dixit ipſe Chriſtus, ſe non veniſſe ut Legem ſolveret, ſed ut eam impleret, Matth. 5. v. 17.

XII.

Iſta eſt genuina ſententia verborum Pauli hoc loco: aliàs verò aliis etiam modis Chriſtus, finis & impletio Legis rectiſſimè dicitur: 1. Qvâ homo transgreſſionum ſuarum ex Lege convictus ad Chriſtum, qvi Legi pro eo ſatisfecit, remittitur. Huc pertinet illud Gal. 3. v. 24. Lex eſt pædagogus noſter ad Chriſtum, ut fide juſtificemur. 2. Qvâ Chriſtus finem Legi impoſuit, juxta illud Matth. 11. v. 13. Lex & Prophetæ uſq; ad Johannem:

qvod

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

qvod de lege ceremoniali, qvæ variis typis Chriſtum referebat, & de lege forenſi intelligendum. 3. Qvâ Chriſtus largitur credentibus novas vires, unde evadunt valdè ſtudioſi bonorum operum, Tit.2.v.14. Ad qvæ creati & redempti ſumus, ut in iis ambulemus, Eph.2.v.10. Luc.1.v.78. Qvorum bonorum operum regula Lex Dei eſt. Deut.4.v.2. Matth.15.v.9.

XIII.

Obſervetur ex verbis Pauli, qvæ ſit materia juſtificationis noſtræ, nempe legis impletio, non à nobis, ſed noſtri loco à Chriſto præſtita; Et ſimul notetur qvòd juſtitia à Chriſto per impletionem Legis parta, noſtra fiat per fidem. Confer qvod eſt ſupra cap. 5, v.19. & cap. 4.v.6. Atq; hoc modo factus eſt Chriſtus nobis à Deo juſtitia, qvemadmodum Apoſtolus noſter loqvitur 1.Cor.1.v.30.

XIV.

Hæc doctrina de juſtitia fidei gratuita non ſapit illis, qvi ſunt ebrii propriâ juſtitiâ; verum pauperibus & contritis ſpiritu, & trementibus ſermones Dei, Eſa. 66. v.2, jucundiſſima eſt. Huc pertinet apologia Chriſti adverſus Phariſæos criminantes ipſum, qvòd manducaret cum publicanis & peccatoribus; Sanis, inqvit, non opus eſt Medico, ſed illis, qvi malè habent. Non veni vocare juſtos, ſed peccatores ad reſipiſcentiam, Matth. 9. verſu 11.12.13.

XV.

Cœterum ut apertiùs conſtet, extra Chriſtum ejus q; perfectam obœdientiam Legi præſtitam, nullam juſtitiam exſpectari poſſe, inſtituit Paulus collationem Legalis & Evangelicæ Juſtitiæ, cujus utriuſq; deſcriptionem adducit, non ſuis, ſed ex ſcriptura depromptis verbis. Et primum qvidem ſic loqvitur v. 5. *Moſes enim deſcribit juſtitiam, qvæ eſt ex Lege, qvod qvi fecerit ea homo, vivet in eis.* Qvæ deſcriptio Legis ſeu operum extat Levit. 18. v. 5. Ubi Deum his verbis populum ſuum alloqvutum legimus; Cuſtodite leges meas & judicia mea, qvæ faciens homo, vivet per illa.

XVI.

Certum eſt, in hac & ſimilibus promiſſionibus Legalibus, vitam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

vitam æternam promitti , ſub conditione obœdientiæ præceptorum Legis, vide Ezech.20.v.11. Luc.10.v.28. Matth. 19. v. 17. Sed talis, qvæ omnibus ſuis numeris abſolutiſſima eſt, Gal.3.v.10. Jac.2.v.10. qvalis obœdientia erga legem divinam , qvia in nullum hominem in hac vita cadere poteſt. Rom. 8. v. 3. Jac. 3. v. 2. Rom.3.v.10.11,12, &19, ſpontè ſeqvitur, neminem per legem juſtificari poſſe, Rom.3.v.20. Gal.3.v.10, & 21.

XVII.

Fruſtra igitur ſunt, qvi ex hujuſmodi præceptis & promiſſionibus colligere volunt, hominem præcepta Legis adimplere poſſe. Exiſtimant illi mandata iſta fruſtranea eſſe, ſi ab homine præſtari non poſſunt, & fruſtra, ſub tali conditione , tam ſplendidas promiſſiones datas, ſi non eſſet in noſtra poteſtate conditionem adjunctam implere: ſed vanus eſt iſte metus, qvoniam alii ſunt uſus, propter qvos Deus, in verbo ſuo, talia mandata dedit, atq; talia promiſſa propoſuit.

XIIX.

Etenim primò commonefaciunt nos integritatis homini concreatæ, in qva parentes noſtri, ſibi & nobis, acceperant vires implendi Legem Dei, qvæ tum mentibus ipſorum inſcripta fuit. Deinde admonent nos corruptionis naturæ, qvæ lapſum Adami ſeqvuta eſt, in qvo lapſu vires implendi Legem amiſimus, ut, agnitâ Legis perfectione & virium noſtrarum imbecillitate, extra Legem & opera ejus, vitam & benedictionem qværamus, Rom.3.v.20, cap.7.v.13. Gal. 3. v. 19, nempe in Chriſti merito & beneficiis , Gal.3.v.24. Rom 8.v.3. Eſa.55.v.5.6. Rom.5.v.19.

XIX.

Atq; huc tendit collatio Juſtitiæ Legis & Evangelii , operum atq; Fidei, hoc loco inſtituta, ut conſtet, propter illius impoſſibilitatem, hanc omnibus ſalvari volentibus neceſſariam eſſe. Sententia verò collationis adhibitæ talis eſt. Nulla promiſſio rata eſt, qvę habet adjunctam conditionem impoſſibilem. Promiſſiones Legales habent adjunctam conditionem perfectiſſimæ impletionis mandatorum, qvæ à nullo hominum præſtari poteſt; Idcirco promiſſiones Legales ratæ & efficaces non ſunt, niſi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

niſi complementum annexę conditionis aliunde accerſitum fuerit. A qvo autem ſit impleta conditio Legi appoſita, in Evangelio revelatum eſt.

XX.

Hujus Evangelii brevem ſummam, per ἄρσιν ſimul & θέσιν, in proximè ſeqventibus Apoſtolus Paulus tradit. Ita enim ſermonem ſuum continuat v. 6. & 7. *Qvæ autem ex fide eſt justitia, ſic dicit; Ne dixeris in corde tuo; Qvis aſcendet in cœlum? id eſt, Chriſtum deducere; aut qvis deſcendet in abyſſum? hoc eſt, Chriſtum à mortuis revocare.*

XXI.

Continetur his verbis prior pars deſcriptionis Juſtitiæ Fidei, per negationem contrariæ dubitationis. Per proſopopœiam autem introducitur fidei Juſtitia, prohibens dubitari de ſalute per Chriſtum parta, qvæ ſalus duobus hic membris circumſcribitur; qvòd in cœlis habeamus Deum nobis per Chriſtum reconciliatum, & patrem benigniſſimum; qvodqve mors & infernus per Chriſti mortem devicti, atq; nos ex illorum poteſtate redempti ſimus. Viciſſim autem Paulus mutuatur verba, qvibus Juſtitiam fidei verſibus citatis & ſeqventi 8. deſcribit, ex v. 12. 13. & 14. cap. 30. Deut, ſed nonnihil variata.

XXII.

Sed qværi hic poteſt, an non locus Moſaicus, qvi videtur de Juſtitia Legali agere, impertinenter ad Juſtitiam fidei accommodetur. Verùm illa difficultas facilè expedita eſt, qvum attendimus Moſen loqvi de tota doctrina, qvæ, una cum lege, etjam promiſſiones Evangelicas de gratuita miſericordia DEI complectitur; qvæ utraq; doctrinæ cœleſtis pars, ad excitandam in homine veram reſipiſcentiam, reqviritur. Et manifeſtum eſt, Spiritum Sanctum, non tantùm mandata operum in Scriptis Moſaicis inculcare, ſed etiam conciones Evangelicas paſſim proponere, qvo referimus, tum apertas promiſſiones de adventu & officio Meſſiæ, tum ſacrificia & ritus varios in Lege ceremoniali præceptos, qvi fuerunt typi & umbra futurorum bonorum, qvod Apoſtolus noſter dicit ad Hebr. 10. v. 1. Rectiſ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

ſimè igitur verba Moſis allegat & explicat Paulus: neqve certiùs conſtare poteſt, ubi vel Moſes vel Prophetæ Evangeliſtas agant, qvam ex Chriſti & Apoſtolorum interpretatione.

XXIII.

Sed operæ pretium eſt, diligenter hic ad animum ſumere, qvalibus cogitationibus ſe torqveant, qvotqvot fide promiſſionum Evangelicarum deſtituuntur. Neqveunt tales certi eſſe, vel de obtinenda æterna ſalute, vel de evitando damnationis periculo: ſed præ conſcientia peccatorum, hinc inferni metu torqventur, illinc cœli perexiguâ ſpe fulciuntur. Adeoq; ſæpè deprehenduntur in ejuſmodi voces erumpere; Qvis aſcendet in cœlum, ut doceat nos, qvid Deus ſtatuat de nobis, qvo animo ſit erga nos, an ſit parata nobis manſio cum ipſo & angelis ejus. Et vice versâ, qvis deſcendet in infernum, certiores nos redditurus, an mors exarmata ſit, an portæ inferorum effractæ, an imperium Diabolo ademptum; atq; an nos mortis ſævitiam, Diaboli tyrannidem & cruciatus inferni evadere poſſimus.

XXIV.

Hæ dubiæ & fluctuantes cogitationes ex incredulitate proficiſcuntur, qvando homines non credunt infernum Chriſti morte & reſurrectione devictum eſſe, & ſe, per Chriſtum DEO reconciliatos, in ipſo vitam æternam habere: qvod qvi non credunt, Deum mendacem faciunt, qvia non admittunt teſtimonium, qvod Deus teſtificatus eſt de filio ſuo, 1. Joh. 5. v. 10.

XXV.

Huic dubitationi opponendum eſt verbum Evangelii, de qvo Paulus ita loqvitur v. 8. *Sed qvid dicit?* ſcilicet juſtitia fidei; *Prope te eſt verbum, in ore tuo, & in corde tuo, hoc eſt verbum illud fidei, qvod prædicamus.* Qvaſi diceret Apoſtolus. Fides acqvieſcit in verbo revelato, firmiterq; ſtatuit illud à Deo profectum, adeoq; veriſſimum eſſe. Hoc verbum eſt in ore credentium, reſpectu ingenuæ confeſſionis, in corde verò eorundem eſt, reſpectu firmi aſſenſus & indubitatæ fiduciæ. In hoc verbo audiuntur promiſſiones gratuitæ remiſſionis peccatorum, & vitæ æternæ propter Chriſtum, qvas homo fidelis intuetur, ſibiqve applicat.

Do-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

XXVI.

Docemur, qvòd ex verbo Dei revelato peti debeant omnia, qvæ ad ſalutem conſeqvendam neceſſaria ſunt. Et ſimul monemur, ut acqvieſcamus in hoc verbo, neq; extra illud, ſpeculationibus, qvas aut propria ratio ſuggerit nobis, aut fanatici homines excogitarunt, indulgeamus. Præterea etiam commendatur nobis ſerium verbi divini ſtudium & juge exercitium, ut illud aſſiduè meditemur, & de eo freqventer loqvamur, ita fiet, ut qvod in ſe eſt verbum fidei, id eſt, medium efficax ad ingenerandam fidem in animis hominum, nobis etiam tale evadat, ut per verbum credamus in Chriſtum, & credentes vitam æternam in ipſius nomine conſeqvamur, Joh. 20. v. 31.

XXVII.

Huc pertinent ſplendida encomia verbi Dei, qvæ paſſim in ſcripturis ſacris occurrunt, qvalia inveniuntur Rom. 1. v. 16. Joh. 6. v. 68. Joh. 17. v. 20. Jac. 1. v. 21. Pſal. 19. v. 8. ſeq. Pſal. 119. per totum. Hinc etiam beati prædicantur, qvorum delectatio eſt in verbo Dei, & in illius meditatione jugiter occupantur, Pſal. 1. v. 1. ſeq. Luc. 11. v. 28. Luc. 10. v. 41.

XXIIX.

Ne verò neſcii ſimus, qvid doceamur in verbo iſto fidei, qvod Moſes & Paulus tantoperè nobis commendant, & ne cuiqvam occaſio relinqvatur conqverendi, de prolixitate monumentorum ſacrorum, qvaſi illa anguſtum ingenii humani captum, rudiorum imprimis, à ſtudio verbi divini abſterrere poſſit, in compendium redigit Apoſtolus doctrinam Evangelicam, qvod compendium v. 9. his verbis proponitur. *Qvia ſi confitearis ore tuo Dominum JEſum, & in corde tuo credideris, qvòd Deus eum à mortuis ſuſcitavit, ſalvus eris.*

XXIX.

Deſcribitur hic primò objectum fidei juſtificantis, nempe Dominus Jeſus verus Deus, Joh. 5. v. 20. à patre ab æterno genitus, Pſal. 2. v. 7. & verus homo, 1. Tim. 2. v. 5. in plenitudine temporis natus ex Maria virgine, Gal. 4. v. 4. Luc. 2. v. 7. qvi mortuus eſt propter peccata noſtra, & reſurrexit propter juſtitiam noſtram, Rom. 4. v. 25.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

XXX.

Qvando autem fit mentio ſolius reſurrectionis Chriſti, non excluduntur reliqva ipſius beneficia, ad negotium juſtificationis pertinentia, ſed per ſynechdochen includuntur. Eſt enim reſurrectio publicum teſtimonium deſtructæ mortis, & devicti ejus, qvi mortis habebat imperium, id eſt, Diaboli, Heb. 2. v. 14. Et qvemadmodum mors anteceſſit reſurrectionem, ita eandem ſeqvuta eſt glorioſa in cœlos aſcenſio, & ſeſſio ad dexteram patris. Hæc omnia homo fidelis intuetur, certiſſimè perſvaſus, ſibi, licèt peccatori maximo, propter hunc Chriſtum, & per hæc illius beneficia, obtingere gratuitam remiſſionem peccatorum, adoptionem filialem, atq; acceptionem ad vitam æternam, Act. 10. v. 43. Joh. 1. v. 12. & cap. 5. v. 24.

XXXI.

Secundò docet Apoſtolus, qvòd promiſſio ſalutis annexam habeat conditionem fidei, ut propterea, licèt Chriſtus reverâ factus ſit propitiatio, pro totius mundi peccatis, 1. Joh. 2. v. 2. & per ſeipſum omnia Deo reconciliaverit, 2. Cor. 5, 19: non tamen reddamur participes beneficiorum & meriti ipſius, niſi per fidem, juxta illud Joh. 3. v. 36. Qvi credit in filium, ille habet vitam æternam: qvi verò non credit in filium, ira Dei manet ſuper illum. Qvod verò fides juſtificans, non tantùm ſit notitiâ in mente, ſed etiam fiducia in corde, innuit Spiritus Dei hac loqvendi formâ, ſi credideris in corde tuo.

XXXII.

Tertiò fidei cordis adjungitur confeſſio oris, non tanqvam concauſa juſtitiæ & ſalutis: ſed tanqvam fidei neceſſarium & proprium effectum, juxta illud Pſal. 116. v. 10. Credidi, propterea loqvutus ſum; & tanqvam ſignum externum, per qvod fidem noſtram, coram hominibus, publicè declaramus.

XXXIII.

Cogitari autem poteſt, Apoſtolum priore loco nominare confeſſionem oris, poſteriore fiduciam cordis, ut innuat arborem ex fructu ſuo dijudicandum eſſe. Et ſane ſi reſpicimus conditionem eccleſiæ iſtorum temporum, qvum hæc ſcripſit Paulus, maxi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

maximis periculis expoſita fuit Chriſtiani nominis profeſſio, ut propterea tanto rectius pro certiſſimo veræ fidei indicio haberi poſſet.

XXXIV.

Meminerimus apertam & ingenuam fidei confeſsionem à nobis reqviri. Ita præcipit D. Petrus 1. Epiſt.3. cap.v.15. Eſtote, inqvit, ſemper parati, ad reſpondendum cuilibet, petenti à vobis rationem ejus ſpei, qvæ eſt in vobis. Huc pertinent verba Chriſti Matth.10.v.32. Qvi me confitetur coram hominibus, eum confitebor coram patre meo cœleſti: qvi autem negaverit me coram natione hac prava & adultera, hunc etiam negabo coram patre meo & angelis ipſius.

XXXV.

Præterea hic obſervandum eſt, qvòd & juſtitia & ſalus noſtra fidei tribuatur. Non igitur recte docent, qvi initium qvidem juſtitiæ fidei aſsignant, ejuſdem verò conſummationem, id eſt, ſalutem & vitam æternam operibus aſſcribunt. Vide 1. Pet. 1.v.9. Joh.20.v.31. Eph.2.v.8. Joh.3.v.36. qvibus locis ſalus & vita æterna, & finis & effectus fidei noſtræ, ſtatuitur.

XXXVI.

Qvod verò ſubjungit Apoſtolus v.10. *Corde enim creditur ad juſtitiam, ore vero fit confeſſio ad ſalutem*, non eum habet ſenſum, qvaſi confeſsio oris neceſſaria ſit, ad impetrandam & conſeqvendam ſalutem: ſolâ namq; fide & juſtificamur & ſalvamur. Rom.3.v.28. Eph.2.v.8. Act.15.v.16. Verùm hoc vult docere ſpiritus Dei, confeſsionem eſſe veræ fidei neceſſarium effectum, & individuum comitem, eâq; opus eſſe, ad publicè coram hominibus declarandum, qvòd per fidem æternæ ſalutis candidati ſimus.

XXXVII.

Porro autem doctrina hæc, qvòd per fidem juſtitia & ſalus hominibus obtingat, confirmatur teſtimonio Eſaiæ ex capite ipſius 28.v.16. qvod teſtimonium Paulus v.11. ita enuntiat: *Dicit enim ſcriptura. Omnis qvi credit in eum, non confundetur.* Deſcribit loco citato Propheta Eſaias lapidem angularem à Domino

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

no in Zion erectum, qvi lapis eſt Chriſtus Jeſus, interpretibus Paulo hoc loco, & Petro 1. Epiſt. 2. v. 6, cui lapidi, qvicunq; per fidem innititur, non pudefiet, ſpe ſua fruſtratus, ſed in conſpectu & judicio Dei conſiſtet & ſalvabitur.

XXXVIII.

Docemur eandem fuiſſe rationem conſeqvendæ ſalutis in Veteri Teſtamento, qvæ eſt in Novo, atq; adeò Juſtitiam fidei univerſalem eſſe, ut ſine ea nemo unqvam ſalvatus ſit, nemo unqvam ſalvabitur. Hæc autem Juſtitia offertur promiſcuè omnibus, qvi in Chriſtum credere non recuſant, qvod argumentum Paulus hic adhibet, ut, contra Judæos, probet vocationem gentilium, qvi à promiſsionibus univerſalibus excludi non poſſunt, modò verâ cordis fiduciâ in ſalutis petram Chriſtum recumbant.

XXXIX.

Ita vaticinium Eſaiæ ad ſuum inſtitutum accommodat v. 12. his verbis: *Non eſt enim diſtinctio Iudæi & Græci.* Qvoniam enim Judæi, invitiſsimo animo audiebant mentionem adoptionis gentium Act. 22. v. 21. ſeq. cap. 13. v. 46. 47. 50. imò ipſis Apoſtolis res abſurda diu viſa eſt, qvòd gentes deberent aſſociari Eccleſiæ. Actor. 11. v. 2. & 3. Igitur magnâ diligentia hoc argumentum tractat Apoſtolus, ut Judæis opinionem illam eximat, & oſtendat Prophetas ipſos extendiſſe promiſsiones ſalutis de Chriſto datas, ad omnes credentes, ſine diſcrimine gentium, ex qvibus oriundi eſſent. Non, inqvit, eſt diſtinctio Judæi, & Græci, ſcilicet in negotio ſalutis; qvod ἑπόμενον evidenti ratione deducitur ex univerſali enuntiato v. 11. poſito.

XL.

Multis qvidem & magnis privilegiis gaudebant Judæi, præ gentibus, qvemadmodũ illa recenſentur capite præcedenti 9. v. 4. 5. Verùm omnia iſta privilegia ſine fide nihil Judæis ad ſalutem profuerunt, ut, vice verſâ, nihil obfuit gentibus, qvotqvot promiſsiones de Chriſto verâ fide ſibi applicuerunt, qvòd non admitterentur in participatum iſtorum privilegiorum. Docent hæc exempla Naami Syri 2. Reg. 5. v. 17. Eunuchi Ætiopi Act. 8. v. 27. 37. Non igitur Deus recipit Judæum, qvia Judæus eſt, ex

ſanctis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

ſanctis Patriarchis oriundus, neq; rejicit gentilem, qvia non poteſt ad Iſraelem & reliqvos Patriarchas originem ſuam referre: ſed absq; omni perſonarum reſpectu, qvibuscunqve, ex qvocunq; populo ortum trahant, modò in Chriſtum credant, juſtitiam & ſalutem gratis confert.

XLI.

Qvòd verò Deus ſit æqvalis erga omnes credentes, ſive illi Judæi ſint, ſive Græci, confirmat etiam Apoſtolus duabus rationibus, alterâ ductâ â creationis opere, alterâ ab inexhauſto fonte bonitatis divinæ deſumtâ, idq; v. eodem 12. ubi ſic pergit: *Idem enim Dominus omnium, dives in omnes, qvi invocant eum.*

XLII.

Capite 3. hujus Epiſtolæ v. 29. dixerat Paulus; An Judæorum Deus tantùm? An non etiam gentium? imò etiam gentiū. Eodem ſenſu hic dicit, non eſt diſtinctio Judæi & Græci, qvia Deus eſt Dominus omnium. Eſt autem hæc verborum ſententia. Deus creavit reliqvas gentes æqvè ac Judæos, tam igitur illarum, qvàm horum eſt Dominus; adeoq; non minus gentium, qvam Judæorum ſalus ipſi curæ eſt. Hoc eſt qvod Paulus docet Act. 17. v. 26. Deus fecit omne genus hominum ex uno ſangvine, & diſtribuit ſingulis gentibus ſtatuta tempora, & habitationis terminos, ut Deum qværerent, &c. Huc referimus illud Pſal. 145., 9. Bonus Jehova univerſis, & miſericordia ejus ſuper omnia opera ejus. Et illud Sap. 11, 25. Diligis omnia, qvæ ſunt, & nihil odiſti eorum, qvæ feciſti. Odiſſet verò Deus gentiles, ſi ex ſe denegaſſet illis gratiam & converſionem ad vitam, qvod Judæi exiſtimarunt.

XLIII.

Altera ratio, deſumpta ab amplitudine bonitatis divinæ, ita habet. *Deus eſt dives in omnes, qvi invocant eum.* Qvaſi diceret Paulus: Beneficentia Dei, non tam anguſtis circumſcribenda eſt limitibus, ut ad ſolos Judæos pertinere exiſtimetur: ſed tam immenſa atq; exuberans eſt divina bonitas, ut ſufficiat omnibus gentibus, & reverâ communicetur omnibus & ſingulis, cujuscunq; nationis illi ſint, qvi ſincerâ fiducia miſericordiam ipſius implorant. Ra-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

XLIV.

Rationibus hiſce aliud ſcripturæ oraculum ſubjungitur, ex 23.v.cap.2. Joëlis, his verbis expreſſum v.13. *Nam omnes, qvi invocaverit nomen Domini, ſalvus erit.* Vis argumenti, qvod hîc urget Apoſtolus, ſita eſt in univerſalitate particulæ. Si enim omnis, absq; diſcrimine nationis & perſonarum, qvi nomen Domini invocat, ſalvatur; neceſſariò ſeqvitur etiam gentiles, qvi in fide Chriſti ad miſericordiam Dei confugiunt, ſalvari, qvod erat probandum.

XLV.

Eſt autem invocatio nominis divini, vera nota filiorum Dei, qvi noverunt Deum, ſicuti ſe in verbo ſuo patefecit, qviqve juxta mandatum ejus, fiduciâ meriti & promiſsionum Chriſti, bona temporalia & æternâ à Deo petunt. Tales adoratores certiſsimi eſſe poſſunt & debent, de benigniſsima exauditione, juxta hoc Joëlis teſtimonium, & promiſsiones Chriſti, Matt. 7. v.7.8. Joh.14.v.13. & 14.

XLVI.

Interim tamen ſemper meminerimus, Deum multò rectius noviſſe, qvid nobis in bonis temporalibus utile & ſalutare ſit, qvàm nos ipſi novimus; & ſtatuamus eum magis de nobis eſſe ſollicitum, qvàm optimus parens de liberis ſuis eſſe poterit; ac proinde afferamus, in precibus, animum acqvieſcentem in ſapientia & benignitate Dei, patris noſtri cœleſtis, certiſsimi, eum daturum nobis ea, qvæ maximè expediunt, qvæq; ad animarum noſtrarum ſalutem & vitam æternam faciunt. Et hoc potiſsimum intendit Joel, atq; cum illo Paulus, qvando uterq; dicit; Qviſqvis invocaverit nomen Domini, ſalvus erit.

XLVII.

Pars II. Dixerat Apoſtolus v. 12. non eſſe diſtinctionem Judæi & Græci, ſed Deum eſſe divitem in omnes, qvi ipſum invocant: hinc occaſionem arripiunt adverſarii novæ objectionis, qvæ ita concipi poteſt: qvandoqvidem apud Deum nulla eſt diſtinctio Judæorum & Græcorum, cur illi pereunt, hi vero illuminantur, qvod tu Paule dicis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

XLIIX.

Ut huic objectioni reſpondeatur, & culpa omnis interitus pereuntium Judæorum à Deo removeatur, exponit Paulus ordinem & media, qvibus Deus utitur, in ſalute hominum procurandâ. Summa autem reſponſionis Apoſtolicæ hæc eſt. Deus qvi Juſtitiam & ſalutem per fidem confert, ut hactenus abundè demonſtratum eſt, nihil intermittit eorum, qvæ ad fidem in hominum cordibus generandam, fovendam & confirmandam, neceſſaria ſunt: ipſi verô homines contemnunt conſilium Dei adverſus ſemetipſos, Luc. 7. v. 30. repellentes à ſe verbum fidei, atq; hac ratione indignos ſe faciunt vitâ æternâ, Act. 13. v. 46, unde non Dei, ſed propriâ culpâ, æternum pereunt.

XLIX.

Qvæ autem ſint media, qvibus Deus fidem conferre ſolet, & qvo ordine inter ſe cohæreant, eleganti gradatione oſtendit, v. 14. & 15. *Qvomodo*, inqvit, *invocabunt, in qvem non crediderunt? aut qvomodo credent ei, de qvo non audiverunt? qvomodo verò audient ſine prædicante? qvomodo autem prædicabunt, niſi mittantur?* In hac gradatione effecta cum ſuis cauſis ita connectuntur, ut, in compendio pulcherrimo, univerſus ſalutis noſtræ progreſſus oculis ſubjiciatur. Adhibetur verò in ſingulis gradibus interrogatio, ut tantò fortiùs adverſarii conſtringantur, qvando animadvertunt Apoſtolum nihil dicere, qvod non omnium conſenſum evidentiſſimè mereatur. Conſtat verò gradatio qvatuor propoſitionibus & qvinq; terminis, qvorum ſingula paulò diligentiùs expendere operæ pretium erit.

L.

Prima propoſitio hæc eſt. *Qvomodo invocabunt, in qvem non crediderunt?* Loqvitur hic Spiritus ſanctus, non de qvovis clamore & ejulatu, qvem impii qvoq; in difficultatibus conſtituti edunt, qviq; Judæis, Turcis & aliis profanis gentibus, Chriſtum vel ignorantibus vel reſpuentibus, familiaris & communis eſt: ſed loqvitur de vera invocatione, qvæ Deo grata & accepta erit, qvalis ſola illa eſt, qvæ fide miſericordiæ divinæ, & merito atq; interceſſione Jeſu Chriſti nititur. Huc pertinet illud Chri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

ſti Joh.4.v.23.Pater qværit veros adoratores,qvi invocant ipſum in ſpiritu & veritate. Dicuntur autem Deum in veritate invocare, qvi preces ſuas inſtituunt, juxta præſcriptum verbi divini; in ſpiritu verò adorant Deum, qvorum mentes Spiritus Sanctus inter precandum inflammat, ut ſerio cordis affectu deſideria ſua Deo exponant, & firma fiduciâ benigniſſimam exauditionem ſibi polliceantur. Simile eſt illud Davidis,Pſal.145.v.18.19. Prope eſt Dominus omnibus invocantibus eum, omnibus invocantibus eum in Spiritu & veritate. Voluntatem timentium ſe faciet, & deprecationem eorum audiet, & ſalvos faciet eos.

LI.

Obſervamus hic, cultum religioſę adorationis illi ſoli deberi, in qvem credere jubemur; is verò eſt, Deus triunus,Pater, Filius & Spiritus Sanctus. Unde efficitur, omnem creaturarum invocationem, tanqvam impiam & in Deum blaſphemam, deteſtandam eſſe. Docemur præterea, ad veram & Deo gratam invocationem, opus eſſe notitiâ promiſſionum divinarum,qva ſine fides nulla dari poteſt, cùm fides ad promiſſionem relativè ſe habeat. Qvia verò omnes promiſſiones Dei,ſunt næ & amen in Chriſto Jesu, 2.Cor.1.v.20. ut earum impletionem cum certa fiducia exſpectare poſſimus, ſi credimus nos per Chriſtum DEO reconciliatos eſſe, hinc manifeſtum evadit,reqviri, in veris adoratoribus, notitiam & fidem Chriſti, qvâ utraq; cum Pagani & Turcæ deſtituantur, in hac verò Judæi, & omnes impii hæretici deficiant, ſeqvitur, neq; iſtos, neq; illos Deum rectè invocare poſſe.

LII.

Secunda propoſitio eſt: *Qvomodo credent in eum,qvem non audiverunt?* Docet hoc gradationis membrum, non ſufficere naturalem Dei cognitionem, ad veram & ſalutarem fidem, ſed opus eſſe, ut per verbum divinitus revelatum, & ex eo, de myſteriis regni Dei erudiamur, imprimis de Chriſto, principe fidei noſtræ objecto, ad qvæ myſteria, humanæ rationis acumine, penetrare non valemus. Unde etiam æſtimari poteſt,qvantum ſit beneficium,qvòd Deus dederit nobis Evangelium,de filio ſuo,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

ex cujus auditu, fides cordibus noſtris ingeneratur, nosqve per fidem, remiſſionis peccatorum, Juſtitiæ gratuitæ & ſalutis æternæ participes reddimur. Monemur qvoqve, ut magna cum reverentia & attentione verbum Dei audiamus & meditemur, cum ſit verbum fidei & vitæ æternæ, retro v. 8. & Joh. 6. verſ. 68. extra qvod Deus, neqve fidem, neq; ſalutem, ordinariè largitur. Confer Eſaiæ 8. v. 20. Luc. 16. v. 29.

LIII.

Omnes qvidem, ex lumine naturali, novimus eſſe benignum & miſericordem Deum, ſed erga juſtos, qvos ſolos ratio judicat favore & gratia numinis dignos eſſe. Ubi verò animadvertimus, nos contaminatos eſſe peccatis, non poſſumus non dubitare, an Deus nos reſpiciat, & preces noſtras exaudiat. Hic mens, in pavoribus conſcientiæ, qværit, an Deus velit mihi peccatori ignoſcere, & petitionem meam audire. In tali lucta neceſſum eſt, ut fide intuear filium Dei Mediatorem, & ſtatuam me measq; preces propter illum recipi, qvemadmodum Apoſtolus docet, Epiſtolæ hujus cap. 5. v. 1. 2. Juſtificati per fidem, pacem habemus apud Deum, per Dominum noſtrum Jesum Chriſtum, per qvem habemus acceſſum ad eum. Huc pertinet promiſſio Chriſti, Joh. 16. v. 23. Amen, amen, dico vobis, qvicqvid petieritis patrem, in nomine meo, dabit vobis. In nomine autem Chriſti petimus, ſi proſternimus preces noſtras coram facie Dei, fiduciâ non propriæ júſtitiæ, ſed meriti atq; interceſſionis Ieſu Chriſti. Talis invocatio propria eſt verę Eccleſiæ, prorſus ignota illis, qvi doctrinam de gratuita reconciliatione aut ignorant, aut negligunt.

LIV.

Tertio loco dicit Apoſtolus: *Qvomodo audient, ſine prædicante?* Poſſet Deus, absq; externâ verbi prædicatione, operari hominum ſalutem, ſed nobis acqvieſcendum eſt in voluntate ipſius revelata, & utendum iis mediis, ad qvæ nos in verbo ſuo remittit. Qvod etiam opponimus iis, qvi neglecto externo miniſterio, revelationes & peculiares afflatus exſpectant. Urgemus nos perpetuum officium & beneficium Chriſti, ab Apoſto-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

lo noſtro Eph.4.v.11. ſeq. deſcriptum. Qvod aſcenderit ſupra omnes cœlos, ut dona hominibus diſtribueret, & daret qvoſdam Apoſtolos, qvoſdam verò Prophetas, alios Evangeliſtas, alios Paſtores & Doctores, ad conſummationem ſanctorum, ad opus miniſterii, & ad corporis ſui, id eſt, Eccleſiæ ædificationem, donec conveniamus omnes, in unitatem fidei & agnitionis filii DEI.

LV.

Excitabit hæc cogitatio reverentiam erga miniſterium publicum, & verbi divini miniſtros, & ſimul officii admonebit ipſos miniſtros, ut, ſepoſitis omnibus curis & ſtudiis mundanis, attendant ſinceræ doctrinæ, inq; ea permaneant; hoc enim facientes, ſeipſos & auditores ſuos ſalvos facient, qvod Paulus ad Tim. ſcribit, 1. Epiſt. 4.v.16.

LV.

Qvartò additur; *Qvomodo prædicabunt, niſi mittantur?* Innuit Apoſtolus his verbis, nemini licitum eſſe irruere in miniſterium prædicandi Evangelium, ſed exſpectandã eſſe miſſionem divinam, & vocationem legitimam. Vocat autem Deus, partim extraordinariè & immediatè, ut Moſen, Eliſæum, Johannem Baptiſtam & alios; partim ordinariè & mediatè, qvum Eccleſia, in nomine Chriſti, fidelibus hominibus, qvi ad docendum idonei ſunt, ſacrum munus committit.

LXVI.

Extraordinaria vocatio ſemper eſt legitima, utpote qvæ evidenter ab ipſo Deo proficiſcitur, ſive in illa utatur internuncio, voluntatis ſuæ interprete, cujus exempla habemus in Aarone, Eliſæo & aliis; ſive nullius hominis interveniente opera qvempiam vocet, qvemadmodum Moſes & Eſaias, in Veteri Teſtamento, Johannes Baptiſta & Apoſtoli, in Novo, vocati fuerunt.

LVII.

Ordinaria verò vocatio, non minus legitima cenſeri, atq; ad Deum tanqvam ad principem cauſam efficientem referri debet, modo Eccleſia ordinem ſervat, à Spiritu ſancto per Apoſtolum

lum præſcriptum. Ordo autem iſte eſt, ut, præmiſſis precibus ad Deum patrem, in nomine Jeſu Chriſti, velit ipſe extrudere operarios in vineam ſuam, diſpiciat ſibi Eccleſia de tali viro, de qvo ſpem certam fovet, qvòd poſſit [neceſſariâ eruditione & donis inſtructus] & velit [egregiè ad faciendum opus Dei animatus] fideliter procurare gloriam Dei & auditorum ſalutem, eumq́; ſiſtat examinandum & ſacris initiandum. Qvantum momenti habeat talis vocatio, ad uniendos Doctorum & auditorum animos, qvantam fiduciam & παῤῥησίαν viro Dei in officio ſuo afferat, qvamq́; efficaciter ſuſtentet animum pii doctoris in qvibuscunq; difficultatibus, nemo, niſi expertus, intelligere poteſt.

LIX.

Qværitur hic non immeritò, an miniſterium efficax ſit & fructuoſum, ſi contingat, ut non omnia, in vocatione ordinaria, ad Leges à Spiritu ſancto datas ritè ſe habeant. In tali caſu, ſi ejuſmodi miniſter purè prædicat verbum Dei, & Sacramenta ſecundum Chriſti inſtitutionem adminiſtrat, non eſt dubium, qvin miniſterium ipſius ſit efficax & ſalutare; adeoq; non opus eſt, ut ſtationem relinqvat, verùm ſufficit animum emendare, atq; errorem, in vocatione admiſſum, ſeriò damnare.

LX.

In hiſce qvatuor propoſitionibus, tradit Apoſtolus qvinq; media ſalutis noſtræ, qvorum priora dependent à poſterioribus hoc modo; invocatione numinis divini ſalus impetratur; talis invocatio fidem reqvirit; fides exiſtit ex auditu verbi; auditus à prædicatione dependet; prædicatio verbi miniſtrorum miſſionem præſupponit.

LXI.

Qvia verô miſſio prædicatorum eſt primum medium, qvo opus eſt, ut ſalus per Chriſtum parta nobiſcum communicetur, probat Apoſtolus, Deum hac in parte non deeſſe officio ſuo, ſed mittere præcones Evangelii, ex cujus auditu homines fidem concipere & ſalvi fieri poſſunt. In qvem finem adducit teſtimoniũ Eſaiæ, ex v. 7. cap. 52. ita enim pergit verſu etiamnum 15.

Qvem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

Qvemadmodum ſcriptum eſt; Qvam ſpecioſi pedes Evangelizantium pacem, evangelizantium bona.

LXII.

Deſcribit Propheta Eſaias, toto capite 52. lætiſſimum ſtatum Novi Teſtamenti, atq; inter alia, non ſine ingenti gaudio, loqvitur de miſſione Apoſtolorum & eorundem officio. Qvo vaticinio ſolari ſe debebant Judæi, tempore Babylonicæ captivitatis, indubiè perſvaſi, qvòd Deus certò eſſet reducturus eos ex terra captivitatis eorum, atq; tandem exhibiturus promiſſum Meſſiam, cū freqventi choro præconum ſalutis & pacis, beneficio Meſſiæ acqviſitæ, & Zioni, per Evangelii prædicationem, offerendæ & applicandæ.

LXIII.

Intueor, vult Eſaias dicere, in ſpiritu pedes legatorum Dei, primò in montibus Judææ hinc inde circumeuntium, mox etiam in reliqvas orbis terrarum partes, magna cum celeritate, excurrentium; qvi aſpectus, ut mihi longè jucundiſſimus, ita iſtorum legatorum adventus, afflictæ Zioni gratiſſimus erit.

LXIV.

Rationem verò redditurus Propheta, cur tantoperè & lætetur ipſe, & Zion debeat lætari ſuper hiſce nunciis, dicit eos annunciare pacem & bona.

LXV.

Pacis nomine primò & potiſſimum intelligit, benigniſſimum affectum Dei patris erga omnes homines, qvibus per obœdientiam & mortem Chriſti reconciliatus eſt; juxta illud 2. Cor. 5. v. 19. Deus erat in Chriſto, mundum ſibi reconcilians, non imputando iis peccata eorum. Confer 1. Joh. 2, 2. Rom. 5. v. 18. 19. Hujus pacis præcones, ſunt Apoſtoli eorumq́; ſucceſſores, qvibus Deus dedit verbum & miniſterium reconciliationis, 2. Cor. 5 v. 18. ſeq. Illi pacem & gratiam Dei, omnibus hominibus promiſcuè offerunt, verùm ſoli credentes ejus participes fiunt.

LXVI.

Deinde intelligit pacem conſcientiarum cum Deo, qvæ eſt effectum fidei juſtificantis, ut Apoſtolus noſter docuit ſupra cap. 5. v. 1. De hac pace loqvuntur Angeli, in cantico ſuo, Luc. 2.

v. 14.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

v.14. Gloria in altiſſimis Deo, & in terra pax, hominibus bona voluntas; & Chriſtus ejus meminit, Johan.14.v.27. Pacem relinqvo vobis, pacem meam do vobis: non qvomodo mundus dat ego do vobis. Ne turbetur cor veſtrum, neq; formidet. Hæc pax ſimiliter voce præconum Evangelii omnibus hominibus offertur, & ingeneratur cordibus credentium, qvando, qvi antea præ ſenſu peccati, & metu iræ divinæ atq; pœnarum commeritarum, conſcientiæ ſtimulis exagitabamur, & omnia nobis infeſta metuebamus, ex Evangelio perſvaſi de gratuito Dei favore, qvò nos in Chriſto proſeqvitur, in paterna & amabili ejus ϛοργῇ læti & tranqvilli acqvieſcimus, firmiter ſtatuentes, omnia ſerviturâ nobis in bonum, neq; ullam creaturam poſſe nos ſeparare à dilectione illa Dei, qvæ eſt in Chriſto Jeſu.

LXVII.

Cum hac pace conjuncta ſunt bona plurima & maxima, qvæ etiam annunciant Evangelii præcones. Ea ſunt, continua remiſſio peccatorum & imputatio Juſtitiæ Chriſti, jugis credentium ſanctificatio, eorundem obſignatio per Spiritum ſanctum, guſtus virtutum venturi ſeculi, ſpirituale gaudium, certa exauditionis fiducia, tolerantia ſub cruce, læta adventus Chriſti & mortis noſtræ exſpectatio, beata migratio ex hac vita, plena liberatio à ſenſu peccati, à ſervitute corruptionis, à mundi & Diaboli inſidiis, atq; tandem, in corporibus & animabus reſtitutis, perpetuus intuitus faciei divinæ, cum perfecta æternæ felicitatis & gaudii fruitione.

LXIIX.

Ad hujus pacis & tantorum bonorum annunciationem, Apoſtoli, atq; inter illos Paulus, à Chriſto electi & miſſi fuerunt, ipſi etiam officio ſuo feliciter & gnaviter functi ſunt, adeoq; à parte Dei nihil intermiſſum fuit, qvod facere poſſet ad ſalutem, per Chriſtum partam, cum Judæis ſimul & gentibus communicandam, id qvod Apoſtolus, allegatione vaticinii Prophetici, probare voluit.

LXIX.

Unde verò fiat, qvòd non omnes ſalutem in Evangelio

obla-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

oblatam conſeqvantur, ejus cauſam exponit v. 16. his verbis: *Sed non omnes obœdiverunt Evangelio: Eſaias enim dicit, Domine, qvis credidit auditui noſtro?* Removit Apoſtolus à Deo culpam interitus eorum, qvi pereunt, jam docet cauſam exitii in ipſis hominibus reſidere, & hoc modo redit ad inſtitutum ſuum, qvòd ſcil. Judæi, ſectantes juſtitiam citra fidem, ipsâ incredulitate ſuâ accerſant ſibi judicium & condemnationem.

LXX.

Continent autem verba Pauli occupationem oppoſitam iis, qvi ex allata gradatione tale nectebant argumentum: Qvemadmodum Evangelii prædicationem, ad fidem & ſalutem conſeqvendam, reqviri dicis; ita, dubiò procul, omnes, qvi audiunt verbum, fidem concipiunt & ſalvantur. Reſpondet Apoſtolus, qvòd Evangelium prædicatum fruſtretur, in qvam plurimis hominibus, eventu ſalutari, eò qvòd nolint rationem ſuam captivare, & credere Evangelio. Et hoc ipſum dicit Eſaiam in Spiritu prævidiſſe, atqve, cum admiratione & gemitu, de credentium paucitate qveſtum eſſe, initio ſc. cap. 53. qvando præclarum de paſsione & morte Chriſti oraculum edere volebat. In verbis autem Prophetæ, auditus ponitur pro prædicatione, per metononiam adjuncti, Hebræis familiarem.

LXXI.

Atq; ſic docet Spiritus Dei, veram & unicam cauſam rejectionis Judæorum, & ſimul omnium, qvi intereunt, hanc eſſe, qvod Evangelio de Chriſto Jeſu fidem non adhibeant. Huc pertinet illud Johannis 1. Epiſt. 5. v. 10. ſeq. Qvi non credit filio, mendacem DEUM facit, qvia non credit teſtimonio, qvod teſtificatus eſt de filio ſuo. Et hoc eſt teſtimonium, qvoniam vitam æternam dedit nobis DEUS. Et hæc vita in filio ejus eſt. Qvi habet filium, habet vitam; qvi non habet filium, vitam non habet. Confer Joh. 3. v. 36. Marc. 16. v. 10.

LXXII.

Qvia verô incredulitatis cauſa, eſt neglectus & contemptus Evangelij, danda eſt nobis opera, ut gratis mentibus acceptemus ſermonem Propheticum & Apoſtolicum, eiq; attendamus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

damus, tanqvam lucernæ in loco tenebricoſo ſplendenti, uſqve dum dies illuceſcat, & aurora oriatur in cordibus noſtris, 2. Pet. v.19. Huc intendit digitum Apoſtolus, dum gradationis adhibitæ talem concluſionem ſubjungit, v. 17. *Ergo fides eſt ex auditu, auditus autem per verbum DEI;* qvorum verborum hæc eſt ſententia: ſcias, ô homo, Deum non velle immediate operari fidem in corde tuo, ſed mediante prædicatione & auditu verbi. Noli igitur contemnere hoc ſalutare medium, ſed gratus illud uſurpa, ita per verbum prædicatum, auditum lectum & meditatum, fidelis exiſtes & ſalvus evades. Huc facit dictum Chriſti, Joh.17.v.20. Et hiſtoria Eunuchi, Act.8.v.35,36, & 37. Itemq; exemplum Cornelii & domeſticorum. Act, cap.10.v.44. nec non Lydiæ, cap.16.v.14.

LXXIII.

Ubi ſic oſtendit Paulus proximum medium conſeqvendi fidem ſalvificam, iterum probat Deum ſufficienter præbuiſſe Judæis ſimul & Gentibus hoc medium, & ſcripturæ teſtimoniis docet, tum vocationem gentium, tum rejectionem Judæorum, horum patribus non incognitam fuiſſe.

LXXIV

De primo ita loqvitur v.18. *Sed dico, nunqvid non audiverunt? Et qvidem in omnem terram exivit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Sententia verborum Apoſtoli talis eſt. Nemo eorum, qvi infideles manent, & per incredulitatem ſuam pereunt, ignorantiam prætendere poteſt, qvaſi verbum Evangelii non habere & audire potuerit. Etenim Deus emiſit Apoſtolos ſuos, non ad unam aut aliqvot Gentes, ſed in univerſum orbem terrarum, qvorum etiam operâ, doctrina Evangelica, ad extremos orbis terrarum fines divulgata eſt. Hanc aſſertionem ſuam enuntiat, non ſuis, ſed Davidis verbis, ex v.5.Pſalm. 19. deſumptis, qvæ qvia primâ fronte non videntur couvenire præſenti negotio, videndum eſt, qva ratione ad Evangelii prædicationem commode referri qveant.

LXXV.

Loqvitur Propheta de cœlis, atq; aliis mirandis Dei operi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

bus, qvæ omnibus hominibus, ubicunq; terrarum illi degunt, de opificis gloria, hoc eſt, de Dei conditoris benignitate, ſapientia & potentia, concionantur; qvam concionem Paulus conſiderat, tanqvam prædictionem & typum vocis Apoſtolorū, per univerſum orbem ſonituræ, qvaſi dicere vellet; Qvibuscunqve Dei cognitio, ex cœli, luminarium cœleſtium, & cæterarū rerum contemplatione, innotuit, ad eos modo etiam pervenit, Evangelii prædicatio, adeoq; auditus verbi, ex qvo fidem exiſtere jam dictum eſt, omnibus hominibus patet, omnisq; excuſatio incredulitatis eorum ipſis adempta eſt. Confer Col.1.v.5.6. Ubi verbum veritatis Evangelii dicitur prædicatum eſſe, & fructificaſſe in univerſo orbe. Similiter etiam dicit Apoſtolus noſter, Act.17.v.30. Deus præcipit hominibus, ut omnes ubiq; pœnitentiam agant. Vide etiam Col.1.v.23.

LXXVI

Notandum autem eſt, qvòd Paulus ſeqvatur verſionem ſeptuaginta Interpretum, qvi Hebræum קו per φθόγγον reddiderunt. Significat autem קו regulam & amuſſim, φθόγγος verò eſt vox vel ſonus. Qvâ interpretatione vocabuli à Davide uſurpati hoc innuitur, qvod verbum ab Apoſtolis prædicatum, & poſtea ab iiſdem in literas relatum, ſit fidei & vitæ noſtræ unica norma & regula.

LXXVII.

Sed viciſſim objecerunt Judæi, hanc Pauli opinionem, de gentium invitatione ad vitam & reprobatione Judæorum, adverſari doctrinæ & fidei patrum, qvibus firmiter ſtabat illa ſententia, qvòd Meſſias cum ſuìs beneficiis ſolis Judæis promiſſus erat. Huic objectioni opponuntur teſtimonia Moſis & Eſaiæ, qvibus docetur, utrumq; olim prædictum fuiſſe à Spiritu ſancto, & qvod Judæi, per ſuam ingratitudinem, gratia Dei excidere deberent, & qvod gentes in illorum locum adoptandæ eſſent. Allegantur autem tria vaticinia, qvorum primum petitum eſt ex Deut.32.v.21. qvod v.19. ſeq. his verbis deſcribitur. *Sed dico. Nunqvid Iſrael non agnovit? Primus Moſes dicit: Ego in æmulationem vos adducam ad non gentem, in gentem inſipientem, in iram vos mittam.*

Cum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

LXXVIII.

Cum Dominus Moſi indicaſſet, qvod appropinqvaret dies mortis ejus, & dediſſet ipſi ſucceſſorem Joſuam, Deuter. 31. v. 14. prædixit eventurum, ut populus Iſraeliticus fornicaretur poſt Deos alienos, atq; propterea à Deo rejiceretur, ſimulq́; juſſit, ut Moſes canticum ſcriberet, de beneficiis Dei erga hunc populum, deq́; populi ingratitudine & rejectione, illudq́; doceret filios Iſrael, ut eſſet teſtimonium inter Deum & ipſos, v. 16. 17. 19. Hoc mandatum exſeqvuturus Moſes, compoſuit canticum, qvod deſcriptum extat, Deut. 32. illudq́; recitavit coram univerſo cætu. In illo carmine introducit Deum ſic loqventem v. 21. Ipſi me provocaverunt in eo, qvi non erat Deus, & irritaverunt me vanitatibus ſuis; & ego provocabo eos in eo, qvi non eſt populus, & in gente ſtulta irritabo eos.

LXXIX.

Senſus eſt, qvòd Deus aliqvando rejecturus eſſet Iſraelitas propter idololatriam atq; alia eorum peccata, qvibus ipſum ad iram continuè provocarunt, atq; in illorum locum electurus gentes, qvæ antea non fuerunt populus ejus, qvodq́; Judæi, ex beneficio gentibus exhibito, arrepturi eſſent occaſionem æmulationis, qva inviderent gentilibus communionem gratiæ divinæ, & regni cœleſtis conſortium.

LXXX.

Diligenter hic notandum eſt, qvod eventus, qvi adoptionem gentium ſeqvutus eſt, qviq́; habuit veram cauſam malitiam Judæorum, tribuitur Deo propter aliud agenti. Etenim non propterea Deus gentes in gratiam recepit, ut Judæi odio & invidia adverſus eos æſtuarent, vel, ut ex gratia Dei erga gentiles, Judæi arriperent anſam deficiendi à Deo, utrosq; enim invitavit ad gratiæ participationem. Rom. 10. v. 12. Gal. 5. v. 6. Act. 2. v. 39: ſed qvia vidit Deus, Judæos ex propria malitia tum defecturos à vera religione, qvam defectionem rejectio eorum juſtiſſimè ſeqvi debebat, tum ægerrimè laturos gentilium adoptionem, idcirco utrumq; per Moſen prædixit.

LXXXI.

Alterum vaticinium deſumptum eſt ex Propheta Eſaia, qvi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

clariſſimis verbis de gentium vocatione diſſeruit, initio capitis 65. qvod vaticinium Apoſtolus v.20. ita enuntiat: *Eſaias autem audet & dicit: Inventus ſum à non qværentibus me, palam apparui iis, qvi me non interrogarunt.* Tribuit Prophetæ audaciam & παῤῥησίαν, qvòd magna libertate illa docuerit, qvæ Judæi invitiſſimè audiebant. Hæc ſancta audacia, ut olim Prophetis ſimul & Apoſtolis ſummè neceſſaria fuit, qvibus res erat cum populo duræ cervicis, obſirmatæ frontis & incircumciſorum cordium atq; aurium, Ezech.3. v.7. Act. 7. v.51: ita non minus miniſtris Dei eâ opus eſt, in impia hac mundi ſenecta, adverſus effrenam & inexplicabilem morum corruptionem atq; licentiam.

LXXXII.

Qvo autem animo exceperint Judæi, Prophetæ Eſaiæ coætanei, concionem ejus de adoptione gentium, non melius æſtimari poteſt, qvàm ex inſano furore, qvo filii eorum corripebantur, qvum Paulus profiteretur ſe à Deo accepiſſe mandatum, ut gentibus Evangelium prædicaret. Deſcripta extat hiſtoria Act. 22.v.21. Ibi commemoratur, qvòd ubi expoſuiſſet Paulus converſationem ſuam in Judaiſmo, atq; vocationem ſuam ad fidem Chriſti, & præconium Evangelii ejus, & tandem ſubjungeret ſibi dictum eſſe à Deo; Vade, qvoniam ad gentes, qvę procul ſunt, mittam te, Judæi [qvi eatenus eum patienter audiverant] levaverunt vocem ſuam dicentes: Tollatur hic de terra. Non enim fas eſt ut vivat, qvodq́; vociferati ſint, & projecerint veſtimenta ſua, & pulverem jactaverint in aerem, &c. Hinc cogitari poteſt, qvanta opus fuerit tum Prophetis, tum Apoſtolis fiducia in Deum, ut contempto odio & furore hominum, & qvibuscunq; periculis poſthabitis, verbum Dei confidenter prædicare auderent.

LXXXIII.

Proderit hic expendere gentilium deſcriptionem, atq; exinde ad animum ſumere qvales & nos fuimus, qvi ex gentibus oriundi ſumus, anteqvam ad communionem Eccleſiæ Dei vocaremur. Fuimus, ut ex Eſaia Paulus docet, non populus DEI, hoc eſt, interprete eodem Apoſtolo, Eph. 2. v.12. Sine Chriſto, alie-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

alienati à Republica Iſraëlis, hoſpites teſtamentorum promiſſionis, ſpem non habentes, ſine Deo in hoc mundo; & tales cum eſſemus, non qværebamus Deum, non interrogobamus eum. Neq; hoc ſolum, ſed & gens ſtulta fuimus, qvi ſtolido judicio muta ſimulacra colebamus, atq; nefandis vitiis animas & corpora noſtra polluebamus, qvemadmodum prolixè docuit Paulus ſupra, c. 1. v. 13. ſeq. qviq; prædicationem de Chriſto pro ſtultitia habebamus, 1. Cor. 1. 23.

LXXXIV.

Excitabit hæc meditatio animos noſtros, ad digne æſtimandum incomparabile illud beneficium Dei, qvòd ex merâ gratia ſua vocavit parentes noſtros, cùm tales eſſent, etiamſi de ipſo qværendo non eſſent ſolliciti, ad cognitionem filii ſui, atq; ad participationem ſortis ſanctorum in luce, Col. 1. v. 12.

LXXXV.

Proponitur etiam in vocatione gentium, à Propheta & Apoſtolo deſcripta, typus vocationis omnium noſtrum, qvando in peccata graviora prolapſi ſumus. Etenim qvemadmodum Deus prævenit gentes gratiâ ſuâ, exhibendo illis verbum reconciliationis, & orando ut vellent reconciſiari Deo, 2. Cor. 5, v. 19. 20. anteqvam ipſę de reconciliatione qværenda ullas cogitationes ſuſciperent: eodem modo plerumq; nobis aliud agentibus, & ſecurè vitiis indormientibus ſeſe offert, invitans nos ad reſipiſcentiam. Huc pertinet illuſtre exemplum Regis Davidis, qvi crimine adulterii & homicidii pollutus, non prius egit pœnitentiam de admiſſis tam atrocibus peccatis, qvàm de iiſdem à Domino per Prophetam Natanem ſeverè abmoneretur, 2. Sam. 12. verſ. 7.

LXXXVI.

Hæc ineffabilis Dei gratia alio oraculo confirmatur, & ſimul deſcribitur extrema Judæorum ingratitudo, ſalutem, toties & tam conſtanter ipſis oblatam, contumaciter repudiantium. Verba ſic habent v. 21. Ad Iſrael autem dicit Dominus: *Tota die expandi manus meas ad populum incredulum & contradicentem.* Qvod oraculum cum priore vaticinio Eſaiæ immediatè cohæret,

ret,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

ret, & depingit affectum Dei erga Iſraelem, qvòd ſeriò ſitiverit populi ſui ſalutem, etiam eorum, qvi rebelles manſerunt & interierunt.

LXXXVII.

Expanſione manuum denotatur benignitas Dei, invitantis peccatores ad pœnitentiam, qvalis eſt invitatio Chriſti, Matth. II.v.28. Venite ad me omnes, qvi laboratis & onerati eſtis, ego reficiam vos: & illa Dei apud Ezech. 33.v.II. Convertimini, convertimini à viis veſtris peſſimis, & qvare moriemini, domus Iſrael. Qvæ, & ſimiles blandiſſimæ invitationes, etiamnum audiuntur in Eccleſia Chriſti, & qvibus, uſq; ad glorioſum reditum Jeſu Chriſti, cunctus orbis perſonabit.

LXXXVIII.

Expandit autem Dominus manus ſuas, non tantum ad eos, qvi ad ipſum veniunt & ſalvantur, verum etiam ad illos, qvi recuſant obœdire vocationi, & vocanti Deo contradicunt; illuſtri documento, qvod nõ delectetur interitu pereuntium, Ezech. 18. v. 32. & 33. II: ſed ex animo velit omnes homines pervenire ad agnitionem veritatis, & ſalvos fieri, I. Tim. 2. v. 4.

LXXXIX.

Vera igitur & unica cauſa rejectionis Judæorum, & omnium eorum, qvi pereunt, eſt incredulitas, ſeqvuta contumaciam, qvâ verbum Dei à ſe repellunt, & Spiritui ſancto reſiſtunt. Confer Hoſ. 13.v.9. Matth.23.v.37. Act.13.v.46.

XC.

Reverenter eapropter habeamus illa media, per qvæ placuit Deo operari ſalutem noſtram: ita fiet, ut agnitâ gratiâ & amore Dei, qvo nos miſeros peccatores, in filio ſuo Jeſu Chriſto, gratis amplectitur, in eo læti acqvieſcamus, deq; eodem conſervando unicè ſimus ſolliciti; & præ ineffabili gaudio, ex illo

amore

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

amore concepto, præſentibus bonis contenti ſimus, officio noſtro fideliter fungamur, adverſa qvævis perferamus qvieto & forti animo; atq; ad intuitum faciei tam benigni Dei & patris, qvem in futuro ſeculo exſpectamus, totâ mente anhelemus. Hanc Spiritus ſancti gratiam dona nobis, ô cœleſtis Pater, per & propter filium tuum, JEſum Chriſtum, redemptorem noſtrum, cui tecum & ſancto Spiritui, ſit laus, honor & benedictio in ſecula ſeculorum,

AMEN.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

DE
REJECTIONE
JUDÆORUM,
&
ADOPTIONE GENTIUM,

DISPUTATIO TERTIA,

Ex

Capite 11. Ep. D. Pauli ad Rom.

In Regiâ Academiâ Hafnienſi, die 18.
Decembr. loco & hora ſolitis,
Propoſita,
à

NICOLAO PAULI SCANDORPHIO,
S. S. Theolog. D. & Prof. ordinario;

Reſpondente

M. ANDREA THOMÆO
Asl. Norwego.

HAFNIÆ,

Literis Hæredum SALOMONIS SARTORII, 1644.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

THESIS I.

DISSERUIT APOSTOLUS PAULUS operosè cap. 9. & 10. de Judæorum reprobatione, & adoptione gentilium. Docuit illos propter incredulitatem reprobatos eſſe, hos verò per fidem in Judæorum locum aſſumptos. Probavit Evangelium, ex cujus auditu fides exiſtit, Judæis & gentibus prædicatum eſſe, illos vero repuliſſe à ſe verbum Dei, atq; ſic in incredulitate permanſiſſe. Confirmavit Moſis & Eſaiæ teſtimoniis Spiritum Sanctum prævidiſſe & prædixiſſe, tum Judæorum contumaciam atq; juſtam rejectionem, tum gratuitam vocationem gentilium.

II.

Ne vero per hanc doctrinam, vel anſa deſperandi Judæis, vel ſuperbiendi occaſio gentibus præberetur, primo affirmat ſermonem ſuum & Prophetarum oracula non intelligenda eſſe, de omnibus & ſingulis Judæis, ſed de magna illa rebellium atq; incredulorum Judæorũ turba, qvorum occæcatio & rejectio non obſtaret, qvo minus nonnulli in hoc populo, ſecundum gratiam Dei electi, ſalvarentur. Deinde gentiles monet, ut reverenter habeant adoptionis ſuæ beneficium, ne & ipſi per faſtum & ſecuritatem gratia Dei excidant, atq; ſic per incredulitatem exſcindantur. Atq; hæ ſunto binæ partes capitis undecimi.

III.

Initio objectionem ponit natam ex fine præcedentis Capitis, ubi docuit Moſen & Eſaiam prædixiſſe Judæorum rejectionem. Objectioni per inficiationem reſpondet, additâ negationis ratione geminâ, alterâ deſumptâ à proprio ſuo exemplo, altera à Dei præſcientia. Verba textus ita habent v. 1. & parte ſecundi. *Dico ergo; numqvid Deus repulit populum ſuum? Abſit: Nam & ego Iſraelita ſum, ex ſemine Abraham, de tribu Benjamin. Non repulit Deus populum ſuum, qvem præſcivit.* *Pars I.*

IV.

Vocat Apoſtolus Judæos populum Dei, propter peculiare

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

fœdus, qvo illos ſibi devinxerat, ut eſſent peculium ipſius. Habet vero objectio talem ſenſum. Si vera eſt doctrina tua, Paule, qvod Deus Judæos abjecerit, utiq; ſeqvitur ipſum oblitum eſſe fœderis æterni, cum patribus olim initi, qvo promiſit ſe velle Deum ipſorum eſſe, & ſeminis ipſorum poſt eos. At verò abſurdum eſt dicere, tantam inconſtantiam cadere in Deum. Falſum eapropter erit, qvod tu doces, Judæos rejectos eſſe.

V.

Ad argumentum hoc reſpondet per negationem, expreſſam particulâ adverſantis, Abſit, ac ſi dicere vellet: Impium foret ſtatuere, Deum non eſſe veracem & conſtantem in promiſſis ſuis; ſimul & falsò hæc conſeqventia ex mea doctrina elicitur.

VI.

Negationi ſubjungit rationem petitam à proprio ſuo exemplo, qvi Iſraelita fuit, ex ſemine Abrahami, ex tribu Benjamin, qvæ tamen generis ipſius conditio ſalutem & electionē ipſius non impedivit; unde efficitur, non omnes Judæos rejectos eſſe. Argumentum integrum in forma ſyllogiſmi expoſitorii tale erit. Ego Paulus non ſum abjectus à Deo. Ego ſum Iſraelita. Ergo non omnes Iſraelitæ ſunt abjecti.

VII.

Docemur his verbis Paulū de ſalute ſua certiſſimum fuiſſe; qvam ipſius certitudinem opponimus dubitationi Pontificiorum, qvæ tranqvillitati conſcientiarum extremè adverſatur. Pertinet huc πληϱοφοϱία ejuſdem, Rom. 8. v. 38, 39. & 2. Tim. 1. v. 12. Similiter etiam debet unuſqviſq; fidelium indubitatò ſtatuere, ſe eſſe in gratia apud Deum juxta illud Joh. 3. v. 36. Qvi credit in filium Dei, habet vitam æternam. Confer 1. Joh. 5. v. 10, 11, 12, & Joh. 5. v. 24. Sine hac cognitione & fiducia, neqve habent corda noſtra ſolidam pacem, neq; de precum noſtrarum exauditione certi eſſe poſſumus, neq; ſpontaneum ſervitium Deo præſtamus, neq; adverſa patienter toleramus: qvæ maxima bona ſolus ille poſſidet, qvi certo ſtatuit, ſe eſſe filium Dei per fidem Jesu Chriſti.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

IIX.

Qvoniam vero ſenſus infirmitatum noſtrarum, & memoria plurimorum lapſuum valdè turbant hanc fiduciam, tenendum eſt, filialem noſtram adoptionem non pendere ex propria noſtra ſanctitate, aut ex noſtris operibus meritiſve; ſed ex ſola fide amplectente promiſſiones gratuitas, atq; recumbente in miſericordiam Dei, & meritum filii ipſius Jeſu Chriſti. Vide Johan.1,12. Gal.3.v.26,27. Rom.8,1. Unde ſeqvitur qvod neqve amittatur filialis adoptio per noſtras infirmitates lapſuſve, ſed per ſolam incredulitatem. Marc.16,16. Joh.3, 18. & 36. atq; per illos lapſus & peccata, qvæ conſcientiam vaſtant, & fidem excutiunt, 1.Tim.1,19.

IX.

Sed ut ad textum redeamus, ſi addimus huic argumento ab exemplo Apoſtoli deſumpto, qvalis ipſe fuerit, anteqvam ad fidem Chriſti converteretur, blaſphemus ſcilicet, & acerrimus perſeqvutor Eccleſiæ omniumq; amplectentium Evangelium, qvod Judæis omnibus notiſſimum erat, efficaciſſime illud faciebat ad erigendum Sympatriotas ipſius, ne de ſalute ſua deſperarent, ſi vel maximè adverſum Chriſtum & Eccleſiam ejus extrema qvæq; tentaſſent, modò tandem Evangelio fidem adhiberent. Et hoc eſt qvod ipſe dicit, 1.Tim.1. v.15,16. Ego fui primus omnium peccatorum; ſed ideo miſericordiam conſecutus ſum, ut JEſus Chriſtus oſtenderet in me omnem longanimitatem, in exemplum iis, qvi credituri eſſent in ipſum in vitam æternam.

X.

Altera negationis ratio deſumitur à præſcientia DEI, qvando ita loqvitur Apoſtolus. *Non repulit Deus populum ſuum, qvem præſcivit.* Veluti ſuperius cap.9,8. tradidit diſtinctionem inter filios carnis & filios promiſſionis, qvorum hi in ſemine Abrahami à Deo reputantur, eo qvod inſiſtant veſtigiis fidelis Abrahami; ita hic docet Deum præcognoviſſe, qvinam ex poſteris Abrahami fidem patris ſui imitaturi eſſent, qvos, tanqvam peculiarem populum ſuum, in æternum nunqvam rejiciet.

Con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

XI.

Conſolationis pleniſſimum eſt, præcognitos à Deo ad vitam æternam, ſalute non excidere: ſed cuſtodiri virtute Dei, per fidem ad ſalutem.1.Pet.1,5. Qvi autem ſcire volet, an pertineat ad iſtos præcognitos, probet ſeipſum, an ſit in fide, ſtudeatqve retinere fidem & bonam conſcientiam, ita demum repoſita erit illi corona Juſtitiæ, qvam juſtus Judex reddet omnibus diligentibus apparitionem ejus, 2.Tim.4,8.

XII.

Probat autem Apoſtolus diſtinctionem adhibitam teſtimonio ſcripturæ. Exponit enim qvomodo Deus Eliam Prophetam ſimili tentationi obnoxium, qvod omnes Iſraelitæ à Deo reprobati eſſent, ipſo excepto, olim conſolatus ſit, collationemq; inter Eliæ & ſuum tempus inſtituit. Ita vero loqvitur v.2.3.4. & 5. *An neſcitis in Elia qvid dicit ſcriptum? Qvemadmodum interpellat Deum adverſus Iſraelem, dicens: Domine Prophetas tuos occiderunt; & altaria tua ſubverterunt, & ego relictus ſum ſolus, & qværunt animam meam. Sed qvid dicit illi divinum reſponſum? Reliqvi mihi ſeptem millia, qvi non curvaverunt genua Baal. Sic ergo & in hoc tempore, reliqviæ, ſecundum electionem gratiæ, factæ ſunt.*

XIII.

Nota eſt hiſtoria ex cap.19.1. Regum. Ubi Jeſabel legitur, miſſis nuntiis, interminata eſſe Eliæ mortis ſupplicium, ob Prophetas Baalim occiſos; ille verò metuens Jeſabelis minas, fuga ſibi conſuluiſſe, & qvod nulla ſpes reſtituendi religionem reliqva videretur, mori optaſſe, atq; tandem in eam qverelam erupiſſe, qvæ hic à Paulo adducitur. Zelo, inqvit, Zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, qvoniam dereliqverunt fœdus tuum filii Iſrael, & altaria tua diruerunt, & Prophetas tuos gladio occiderunt, & relictus ſum ego ſolus, & qværunt tollere animam meam.

XIV.

Sententia qverelæ Propheticæ hæc eſt. Mirabatur & ſummoperè dolebat Elias, tantopere invaluiſſe in populo Dei Idololatriam & tyrannidem Baaliticam, ut neq; trium annorum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

norum & ſex menſium ſiccitas , eamq; ſeqvuta fames graviſſima, neq; ſtupendum miraculum cœlitus delapſi ignis, qvi non tantum holocauſtum & ligna impoſita altari ab Elia exſtructo, conſumpſit, ſed & aqvam affuſam & pulverem & lapides abſumpſit, neq; repentinæ & diu deſideratæ pluviæ, movere poſſent Regem & populum, ut agnoſcerent ſeriò, doctrinam Eliæ eſſe verbum Domini, eiq; fidem adhiberent, obſeqviumq; præſtarent: licet hoc ipſum tot & tantis editis miraculis Deus unicè qvæſierat. Hinc in illam cogitationem incidit Propheta, qvod in tali rerum ſtatu nullus plane ſupereſſet, qvi Deum recte agnoſceret & ſincere coleret.

XV.

At vero Deus, qvi novit ſuos, 2. Tim. 2, 19. eosq; in manibus ſuis notavit, Eſaiæ 49, 16. docet Eliam, ſe reſervaſſe ſibi, in tam triſti rerum ſtatu, non exiguum numerum verè fidelium, qvi impiorum cultui ex animo adverſarentur, licet illi non Prophetæ oculis, ſed ſolius Dei conſpicui eſſent: Reſiduos, inqvit, faciam ſeptem millia, qvorum omnium genua non ſunt curvata coram Baal, & qvorum omnium os non eſt oſculatum eum. Ubi ſeptem millia pro multis millibus, numerus finitus pro infinito, more ſcripturis uſitato, ponitur.

XVI.

Meminerimus hiſtoriæ hujus, ubi animadvertimus, vel regnante tyrannide Idololatrica, res Eccleſiæ acciſas eſſe, vel invaleſcentibus contemptu verbi, ſecuritate & vitiis aliis, piorum numerum ad tenues anguſtias redigi, & firmiter nobiſcum ſtatuamus, Deum habere reliqvias fidelium, qvos filio dedit, qvosq; nemo rapiet de manibus ejus, atq; hac cogitatione, etjam qvando omnia videntur deſperatiſſima eſſe, conſcientias fluctuantes tranqvillabimus.

XVII.

Confirmat etiam qverela Eliæ, eouſq; invaleſcere poſſe errores in religione, & errantium multitudinem atq; potentiam, ut non poſſit monſtrari locus, numeroſus ſaltem & illuſtris, in qvo rectus Dei cultus, juxta præſcriptum verbi divini, publicè

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

cè viget. Qvod ipſum teſtantur tempora Abrahami, è domo parentum idololatrica evocati. Joſuæ 24.v.2.3. Eli, 1. Sam. 3, 1. qvando verbum Dei rarum erat, & non erat manifeſta viſio; Saulis, qvo regnante non reqviſiverunt arcam Domini, 1. Par. 13, v. 3. Salomonis in nefandam idololatriam prolapſi, 1. Reg. 10, 5. ſeqq.

XHX.

Negant qvidem Pontificii hiſtoriam Eliæ recte à noſtris allegari ad probandum defectum viſibilis Eccleſiæ, & urgent, qvod viguerit iſtis temporibus miniſterium publicum in regno Juda, ſub Rege Joſaphato Achabi συγχρόνῳ, adeoq; qverelam Prophetæ de ſolo regno decem tribuum intellectam volunt.

XIX.

Verum reponimus ipſis, qvod Joſaphat, licet primis annis regni ſui, circa idololatriam exſtirpandam & inſtaurandam veram religionem, induſtrius fuerit, 2. Par. 17. v. 6. 7. ſeq. poſtea tamen cum impio Achabo & affinitatem contraxerit, & ſocia arma adverſus Syros conjunxerit, 2. Par. 18, 1. ſeq. Addimus etjam Joſaphatum non conſuluiſſe miniſterium Hieruſolymitanum, cum bellum pararet, non Jehu Hanani filium Prophetam Domini, de qvo legimus 1. Reg. 16, 1. 2. Par. 19, 1. Non Eliam, cujus zelus & miracula non potuerunt non eſſe ipſi notiſſima, neqve ſeqvutum eſſe conſilium Micheæ bellum diſſvadentis; ſed audiviſſe Prophetas Baalim iisq́, obſeqvutum eſſe, unde patet, hos ipſi in pretio fuiſſe, non Prophetas Domini, non pios ſacerdotes, qvi Hieruſolymis etiamnum reliqvi fuerunt.

XX.

Neq; dubitari poteſt, qvin Athalia filia Achabi, nupta Joramo filio Joſaphati novem omnino annos ante bellum Syriacum, mature cœperit jacere ſemina Idololatriæ & tyrannidis, poſtea ipſius ſvaſu exercitæ à Joramo, ſtatim â morte patris Joſaphati, & deſcriptæ 2. Par. 21. v. 4. 5. 6. 13.

XXI.

Et ſanè ipſa verba qverelæ Propheticæ convincunt, illum de utroq; regno loqvutum eſſe, qvando dicit, altaria tua, Domine, deſtruxerunt. Notum enim eſt non alibi, qvâm Hieru-

ſolymis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

ſolymis juſſu Dei altaria extructa eſſe. Horum igitur altarium demolitio Prophetam ægre habebat, non idololatricorum, qvæ Jeroboamus ejusq; ſucceſſores in Regno Iſraelis exſtruxerant.

XXII.

Sed videamus, qvomodo hiſtoriam Eliæ & oraculum ipſi redditum præſenti inſtituto accommodet Paulus; *Sic ergo*, inqvit, v. 5. *& in hoc tempore, reliqviæ ſecundùm electionem gratiæ ſalvæ factæ ſunt.*

XXIII.

Qvemadmodum olim Eliæ tempore, cum omnes Iſraelitæ, ſummi, infimi, cultui Baalim addicti, & ſic cuncta deſperatiſſima eſſe viderentur, Deus aliqvot ſibi ſervaverat veræ religioni addictos, qvos ab æterno ex gratia elegerat, ut ut illi Prophetæ non fuerunt noti: ita nunc qvoq; licet univerſi ferè Iſraelitæ, eouſq; in cœcitatem & contumaciam prolapſi eſſe comperiantur, ut Chriſto & Evangelio ejus paſſim contradicant, Joh. 7, 48. cap. 9, 22. Act. 13, 45. cap. 28, 22. manent tamen reliqviæ obœdientium Evangelio, qvi ſalvabuntur, illi ſcilicet, qvos Deꝰ ex mera gratia elegit ad vitam æternam, ut ut iidem ab hominibus non cognoſcantur, ut digito monſtrari poſſint.

XXIV.

Meminit Apoſtolus electionis gratuitæ, ut reprimeret Judæorum faſtum, qvi falsô exiſtimarunt electionem & ſalutem ex operibus pendere. Pergit autem & opponit inter ſe gratiam & opera, ut omne operum meritum à cauſis ſalutis noſtræ excludat. Ita enim loqvitur v. 6. *Si autem gratia, jam non ex operibus, alioqvin gratia jam non eſt gratia. Sin ex operibus jam non ex gratia, alioqvin opus jam non eſt opus.*

XXV.

Argumentatur hîc Paulus à natura contrariorum, qvæ ſe mutuo ita excludunt, ut uno poſito alterum neceſſario removeatur; qvalem contrarietatem, in negotio electionis, gratiæ & operibus tribuit. Dicit enim gratiam, ex qva pendet electio noſtra, adeo non admittere opera, tanqvam concauſam, ut ſi ea admiſceantur, deſinat eſſe gratia: id qvod Auguſtinus

eleganter ita expreſſit; Gratia non eſt gratia ullo modo, niſi ſit gratuita omni modo. Vice verſa affirmat electionem, ſi ea operibus tribuatur, nullo pacto ad gratiam referri poſſe, hoc enim ſi fieret, desineret opus eſſe opus.

XXVI.

Ratio hujus oppoſitionis in promptu eſt. Etenim qvod ex gratia confertur, donum eſt, qvod vero operibus rependitur, debitum eſt. Debitum autem & donum ita ſibi invicem repugnant, ut neutrum de altero recte dici poſſit. Uſus eſt hac ratione ipſe Apoſtolus, ſuprà c. 4. v. 4. 5. ubi ita loqvitur. Ei qvi operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum. Ei verò qvi non operatur, credit autem in eum, qvi juſtificat impium, imputatur fides ejus ad juſtitiam.

XXVII.

Ex collatione horum locorum patet & electionem & juſtificationem noſtram ita pendere ex gratia Dei, ut in neutro horum articulorum, opera operumve merita, tanqvam συναίτιον, gratiæ adjungi debeant. Et diligenter notandum eſt, qvod Paulus loqvatur in genere de operibus, ut ſciatur, non tantum opera, qvæ homo facit ante converſionem ſuam, ſed etiam illa, qvæ regenerationem ipſius ſeqvuntur, à negotio ſalutis excludi.

XXVIII.

Neq: aliter fieri poteſt, ſi gratiæ Dei & merito Salvatoris ſuus honos conſtare debeat. Concurrit enim in bonis operibus faciendis voluntas hominis renata, unde fideles σύνεργοι Dei dicuntur, in operibus illis, qvæ poſt regenerationem faciunt. Si ergo his operibus electio & juſtificatio tribuuntur, non jam ſoli gratiæ divinæ & merito Chriſti, ſed etiam voluntati hominis, tanqvam cauſæ inſtrumentali concurrenti, ſalus noſtra adſcribitur. Ratum igitur manet, qvod tum electio, tum juſtificatio noſtra pendeat, non ex iis operibus, qvæ DEUS intra nos virtute Spiritus ſancti facit, in qvibus σύνεργοι ipſius ſumus, ſed in ſolidum ex unico iſto òpere obœdientiæ Chriſti, de qvo ſcriptum eſt Eſaiæ 63, 3. Torcular calcavi ſolus, & de populis non vir mecum.

Ex

XXIX.

Ex iis qvæ hactenus dicta ſunt, de conſtantia promiſſionum divinarum, & certitudine gratuitæ electionis, talem infert conclusionem, v. 7. *Qvid igitur? qvod qværebat Iſrael, hoc non aſſeqvutus eſt. Electio autem conſeqvuta eſt; cæteri ſunt occœcati.* Iſraelis nomine intelligit populum Judaicum, de qvo dicit, qvod non aſſeqvutus ſit Juſtitiam coram Deo valentem, licet eam qvæſiverit. Cauſa hujus ex præmiſſis patet, qvia Judæi non ex gratia Dei, ſed ex operibus propriis juſtificari voluerunt. Hoc ipſum eſt, qvod ſuperius cap. 9. verſ. 31. 32. docuit. Iſrael, ſectando legem Juſtitiæ, ad legem Juſtitiæ non pervenit. Qvare? qvia non ex fide, ſed qvaſi ex operibus. Per Electionem intelligit Judæos Electos, qvos docet conſeqvutos eſſe juſtitiam, qvoniam ex gratia Dei per fidem eam qvæſiverunt, retro, v. 5. & 6. & 30. cap. 9. reliqvis opinione propriæ juſtitiæ occœcatis.

XXX.

Cæterum acturus Apoſtolus, de excœcatione majoris partis Judaicæ gentis, non utitur ſuis verbis, ſed adducit vaticinia Eſaiæ & Davidis, ut tantò vehementius adverſariorum animos percellat, & ſimul omnibus conſtet, doctrinam ipſius cum doctrina à Prophetis tradita rectiſſimè convenire. Et primo qvidem Eſaiæ teſtimonium allegat, verſ. 8. his verbis conceptum. *Qvemadmodum ſcriptum eſt: Dedit eis Deus Spiritum compunctionis, oculos ut non videant, & aures ut non audiant, in præſentem diem.* Adducuntur hic duo diſtincta vaticinia, qvorum prius extat, Eſa. c. 29. v. 9. Ubi reprobis Spiritus ſoporis, vel ut Paulus, LXX. Interpretes ſeqvutus, hic vertit, compunctionis tribuitur. Alterum ſumptum eſt ex c. 6. v. 9. ubi iiſdem tribuuntur oculi & aures clauſæ, qvibus neq; audire, neq; videre poſſunt.

XXXI.

Agit Eſaias c. 29. de excidio urbis Hieruſolymæ ob neglecta mandata Dei, & admiſſas traditiones humanas. Exponit qvantus, inſtante jam deſolatione, futurus eſſet ſtupor populi; tantus ſcilicet, ut neq; intellecturi eſſent ſuperiorum Prophetarum vaticinia in literas relata, neq; fidem adhibituri Prophe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

tis ſuis, qvi ſimul urbi interitum minitarentur, & habitatoribus ejus conſilia miniſtrarent, qvomodo imminens periculum evadere, & æternæ ſuæ ſaluti conſulere poſſent.

XXXII.

Hoc vaticinium accommodat Paulus, ad extremam cœcitatem Judæorum ſui temporis, eamq; docet ab Eſaia prævisam & prædictam eſſe; qvod ſcilicet, ad conciones Chriſti & Apoſtolorum, adeò futuri eſſent ſtolidi & ſtupidi, ut non tantùm, qvaſi veterno profundiſſimo immerſi, non intellecturi eſſent propriorum ſuorum Prophetarum oracula, in vero ſuo ſenſu ad doctrinæ Evangelicæ confirmationem producta; ſed etiam opinione veteri faſcinati, odio incredibili proſeqvuturi eſſent eos, qvi conari vellent, ex periculoſiſſimo lethargo ipſos ſuſcitare. Atq; hoc vult Paulus, qvando, ſeptuaginta ſeqvutus, Spiritum κατανύξεως, compunctionis, hic vocat, qvem רוּחַ תַּרְדֵּמָה Spiritum ſoporis Eſaias appellavit.

XXXIII.

Qvando autem Deo tribuitur, qvod immiſerit Judæis Spiritum ſoporis & compunctionis, intelligendum hoc eſt, de actione Dei judiciaria, qvâ, ob antegreſſam contumaciam, punierit eos deſertione gratiæ & auxilii ſui, unde factum eſt, ut propriæ cœcitati & libidini Satanæ relicti, magis magisq: ad verbum Domini obduruerint: qvod judicium in explicatione ſeqventium vaticiniorum, ut & aliorum omnium ejus generis, immotè tenendum & perpetuo repetendum eſt.

XXXIV.

Cap 6. v. 9. & deinceps, ſimiliter prædicit Propheta excœcationem populi Judaici, qvam immiſſurus eſſet ipſis Deus, tanqvam juſtiſſimam pœnam præcedentis contemptus verbi ſui, qvæ excœcatio animorum, ſub ſymbolo oculorum non videntium, & aurium non audientium deſcribitur.

XXXV.

Eſaiæ de cœcitate Judæorum vaticinanti adjungitur Regius Pſaltes, qvi Pſal. 69. v. 23. & 24. in eandem plane ſententiã de ſtupore hujus populi diſſeruit. Verba ipſius ab Apoſtolo

citata

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

citata ita habent, v. 9. & 10. Et David dicit: *Fiat menſa ipſorum ipſis in laqveum, & in captionem, & in ſcandalum, & in retributionem illis. Obſcurentur oculi eorum, ut non videant, & dorſum eorum ſemper incurva.* Qvæ ſunt verba ipſius Filii Dei, comminantis & imprecantis cœcitatem contumacibus Evangelii hoſtibus.

XXXVI.

Menſæ nomine intelliguntur ſacræ literæ, qvæ poſſunt inſtruere hominem ad ſalutem per fidem, qvæ eſt in Chriſto Jeſu, 2. Tim. 3. v. 15. & in qvibus proponitur cibus in vitam æternam permanens, Joh. 6. v. 26. Hæ ſacræ literæ à Deo ad ſalutem datæ, Judæis pernitioſæ evaſerunt, dum illas præconceptis opinionibus & erroneis explicationibus perverterunt. Qvoniam enim imaginabantur ſibi terrenum Meſſiam, potentia, victoriis & ſplendore mundano illuſtrem, ſcripturas magis magisq; depravarunt, atq; hac ratione ſemetipſos implicuerunt atq; irretiverunt, non ſecus atq; aves laqveis & feræ decipulis capiuntur, unde etiam factum eſt, ut graviſſime & ad furorem uſqve offenſi ſint, qvoties audiverunt Apoſtolos oracula Prophetarum de Jesu Nazareno exponere.

XXXVII.

Atq; hoc omne evenit illis in retributionem, ſcilicet præcedentis ſuæ contumaciæ & contemptus veritatis cœleſtis. Huc pertinet illud Apoſtoli noſtri 2. Theſſ. 2. v. 10. ſeq. Qvoniam non receperunt veritatem, ut ſalvi fierent. Ideo mittet illis Deus efficaciam erroris, ut credant mendacio, qvi non crediderunt veritati; ſed conſenſerunt iniqvitati. Qvod verò additur, de incurvatione dorſi, eo innuitur, contumaces Evangelij hoſtes, adeo demum perterre fieri pavoribus malæ conſcientiæ, ut non audeant ſurſum aſpicere, id eſt, ut deſperabundi ſpem omnem conſeqvendi veniam abjiciant.

XXXIIX.

Habemus hic luculentam deſcriptionem excœcationis contumacium hoſtium Evangelii. Illos Deus, propter antegreſſa enormia peccata, & contemptum gratiæ in Evangelio oblatæ, ex juſto ſuo judicio deſerit & Satanæ permittit, qvi tan-

qvam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

qvam ſpiritus ſoporis aures eorum obturat, oculos excœcat & corda aggravat, ut neq; auribus audire, neq; oculis videre, neq; corde intelligere poſſint; & tanqvã Spiritus compunctionis, induratorum animos tanto odio adverſus veritatem inflammat, ut ex illius prædicatione magis magisq; deteriores reddantur, atq; ſic in exitium proprium præcipites ruant. Qvorum meditatio excitabit in animis noſtris reverentiam erga Evangelium, & ſerium veræ pietatis ſtudium, ne faſtidio verbi & contemptu cœleſtis veritatis, triſtiſſimam excœcationis pœnam, cum æterno exitio conjunctam, nobis attrahamus.

XXXIX.

Deſcriptioni excœcationis Judæorum ſubjungit Apoſtolus novam qvæſtionem, v. 11. his verbis expreſſam. *Dico ergo: Nunqvid ita impegerunt, ut caderent?* Senſus eſt. Nunqvid omnibus illis Judæis, qvi hactenus Evangelio contumaciter contradicunt, omnis reditus ad veritatis agnitionem præcluſus eſt, adeo ut omnes & ſinguli æternum perituri ſint, id qvod inde videtur ſeqvi, qvia dictum eſt, gentes in Judæorum locum adoptatas eſſe.

XL.

Huic qvæſtioni reſpondet per inficiationem ratione ſua ſuffultam, dum v. codẽ ita pergit, *Abſit: ſed eorum lapſu ſalus contigit gentibus, ut ipſi ad æmulationem provocentur.* Hic qvando affirmat lapſu Judæorum ſalutem gentibus contigiſſe, non cauſam ſalutis gentium, ſed occaſionem ſaltem deſcribit. Etenim ſi vel maxime Judæi gratiam in Evangelio ipſis oblatam admiſiſſent, gentes nihilominus ad ejus participationem fuiſſent vocatæ. Hoc igitur vult dicere, qvod Judęorum contumacia, in oppugnando Evangelio, occaſionem præbuerit Apoſtolis convertendi ſe ad gentes. Patet hoc ex Act. 13. v. 45. 46. Ubi Judæis contradicentibus concioni Pauli & blaſphemantibus, ita legitur reſpondiſſe: Vobis oportebat primum annunciari verbum Dei; qvoniam vero repellitis illud, & judicatis voſmet indignos vita æterna, ecce, convertimur ad gentes.

XLI.

Addit verò Apoſtolus tantum abfuiſſe, ut, in Judæorum

per-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

perniciem, ad conſortium Eccleſiæ gentes vocari curaverit Deus, ut multo magis voluerit, gentium alacritate in amplectendo Evangelio, provocare Judæos, ad ſanctam æmulationem, ut & ipſi Evangelio crederent & ſalvarentur: unde ſeqvitur illos, licet aliqvandiu contumaces & contradicentes, non tamen ita impegiſſe, ut ſalvari amplius non poſſent.

XLII.

Ut verò clariſſime monſtret, non opus fuiſſe lapſu Judæorum ad ſalutem gentium procurandam, pergit v. 12. *Si vero eorum lapſus divitiæ ſunt mundi; & diminutio eorum divitiæ gentium; qvanto magis plenitudo eorum?* Sententia horum verborum manifeſta eſt, hæc ſcilicet: Si lapſus *Judæorum* gentibus fuit ſalutaris, hac nempe ratione, qvòd Apoſtoli, partim fugientes tyrannidem *Judæorum*, Confer Matth. 10. v. 5. & Act. 8. v. 1. 5. partim pertæſi ingratitudinis ipſorum, Act. 13. v. 46. non tamen ſine inſtinctu & mandato Dei, Evangelium de Chriſto gentibus annunciarunt; qvanto magis gentium ſalus promota fuiſſet, ſi omnes *Judæi*, vel plurimi eorum, Evangelium fuiſſent amplexi, illudq; unanimes gentibus prædicaſſent. Etenim gentiles, qvos *Judæi* infideles adverſus Apoſtolos concitaverunt, atq; ſic à fide Evangelii abſterruerunt, Act. 14. v. 2. 19. c. 17. v. 5. 13. provocati inſigniter fuiſſent, exemplo fidelium & concordium *Judæorum*, ad Evangelium amplectendum.

XLIII.

Hinc ad gentes ſermonem convertens Apoſtolus, ita loqvitur, v. 13. & 14. *Vobis enim dico gentibus, qvatenus ego qvidem ſum gentium Apoſtolus, miniſterium meum illuſtro. Si qvo modò ad æmulationem provocem carnem meam; ut aliqvot ex illis ſalvos faciam.* Docet his verbis ſe officium ſuum illuſtrare, id eſt, ſtrenuè facere & exornare, tum ſumma ſedulitate in revelando hominibus conſilium Dei de ipſorum ſalute, tum pia & ſancta vita, tam auguſto munere dignâ, non tantum ut gentes, qvibus à Deo peculiariter deſtinatus fuit Apoſtolus, ad fidem Chriſti perduceret, ſed etiam ut conſangvineos ſuos *Judæos* ad æmulationem fidelium gentium provocaret, utq; hac ratione aliqvos ex *Judæis*, hactenus contumacibus, Chriſto lucraretur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

XLIV.

Dicit Apoſtolus ſe omni conatu id agere, ut aliqvot ex conſangvineis ſuis, qvi impegerunt, ſalvos facere qveat. Non igitur ſtatuit ex abſoluta Dei voluntate, & neceſſitate qvadam fatali, decretam eſſe certis hominibus certam condemnationem. Confer qvod eſt ſupra c.10.v.1.2.3.

XLV.

Commendatur dignitas ſacri miniſterii, cum dicit Apoſtolus, ſe ſalvare recipientes Evangelium. Ita ad Timotheum ſcribit 1. Epiſt. 4.v.16. Attende tibi & doctrinæ, inſta in illis. Hoc enim faciens, teipſum ſalvabis, & eos, qvi te audiunt. Non igitur ſeparandum eſt officium Spiritus ſancti à prædicatione verbi, cum Evangelium ſit potentia ad ſalutem omni credenti, Rom.1.v.16. & verbum, qvod miniſtri annunciant, ſit verbum fidei, cap.10.v.8. per qvod homines in Chriſtum credunt, Joh. 17.v.20. Hanc ſacri muneris dignitatem, ſi miniſter verbi divini non oſcitanter perpenderit, mirificè animabitur ad ornandum & illuſtrandum officium ſuum, ut qvamplurimos Chriſto lucretur, & ipſe una cum illis coronam vitæ reportet.

XLVI.

Ne vero exiſtimarent gentiles, ſalutem ſuam impediri reſipiſcentia Judæorum, ita porro loqvitur Paulus v.15. *Nam ſi rejectio eorum eſt reconciliatio mundi, qvid aſſumptio, niſi vita ex mortuis.* Rejectio Judæorum, ſecuta ipſorum incredulitatem, fuit occaſio vocationis & reconciliationis gentilium, qvi tamen exemplo Judæorum non leviter offendebantur, qvod illi non reciperent Meſſiam, ipſis peculiariter promiſſum. Econtra, vult Apoſtolus dicere, ſi qvam plurimi ex Judæis converſi, una fide & uno ore Chriſtum mundi ſalvatorem celebrent, hoc illorum exemplo gentiles invitabuntur, ad fidem amplectendam, atq; hoc modo acceptio Judæorum, gentibus erit vita ex mortuis, hoc eſt, alliciet eos, ut Evangelium de Chriſto recipiant, atq; ſic ex regno mortis in regnum Chriſti transferantur.

XLVII.

Qvod hactenus prolixe diſputavit Apoſtolus, Deum ſcil.

non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

non repudiaſſe populum ſuum, ſed reſervaſſe ſibi reliqvias, ſecundum electionem gratiæ, ad hæc Deum neq; penitus rejeciſſe eos, qvi in iſtum diem contumaciter oppoſuerunt ſe Evangelio, ſed invitare eos exemplo fidelium gentium ad reſipiſcentiam & ſalutem: hoc ipſum jam probat â natura promiſſionum divinarum, qvas docet non tantum concernere patres, qvibus factæ ſunt, ſed etiam eorum poſteros. Proponit autem hoc argumentum ſub gemina ſimilitudine, verſ.16. *Qvod ſi primitiæ ſanctæ, etiam maſſa; & ſi radix ſancta, etiam rami.*

XLIIX.

Per primitias intelligit ſanctos Patriarchas, per maſſam poſteritatem eorum, & hoc vult dicere: Qvemadmodum primitiæ frugum Deo oblatæ, ex inſtitutione divina, Lev. 23. v. 10. ad 14. deſcripta, & ipſæ ſanctæ fuerunt, & reliqvam maſſam ſanctificarunt: ita vi promiſſionis divinæ Abrahamo factæ, Gen. 17. v. 7. non tantum ipſi ſancti Patriarchæ Deo grati fuerunt, ſed etiam poſteris eorum ad eandem gratiam aditus patet.

XLIX.

Eodem uſus eſt argumento D. Petrus, cum Judæi die Pentecoſtes, auditâ concione ejus, compungerentur corde & dicerent Apoſtolis; Qvid faciemus viri fratres? Pœnitentiam agite, reſpondit Petrus, & baptizetur unuſqvisq; veſtrum in nomine Jeſu, in remiſſionem peccatorum. Vobis enim facta eſt promiſſio, & liberis veſtris, Act. 2. v. 37. 38. 39.

L.

Eodem modo voce radicis intelliguntur fideles Judæorum patres, qvi per fœdus gratuitum ſancti fuerunt coram Deo; per ramos autem poſteri illorum, qvibus ejuſdem fœderis vi, beneficia Chriſti & privilegia ſanctorum offeruntur.

LI.

Neq; ulterius extendi debent hæc Pauli verba, qvando illis probare volumus ſanctitatem liberorum, qvi naſcuntur ex fidelibus parentibus. Concipiuntur tales liberi in peccato, Pſal. 51. v. 6. Naſcuntur immundi de immundis, Joh. 14. v. 4. Caro ex carne, Joh. 3. v. 6. gaudent interim præ infidelium liberis

 inſigni

inſigni hoc privilegio, qvod pateat illis acceſſus ad Eccleſiam, & ad media, qvibus homines inſeruntur Chriſto, idq;vi benedictionis, qvæ omnibus credentibus cum Abrahamo fidelium patre communis eſt, juxta illud Gal.3.v.7. & 9. Qvi ſunt ex fide, hi ſunt filii Abrahæ, & benedicuntur cum fideli Abrahamo.

LII.

Pars II. Dixerat Apoſtolus lapſu Judæorum gentibus ſalutem contigiſſe. Ne verò inde arriperent gentiles occaſionem ſuperbiendi& contemnendi Judæos, qvod, illis rejectis, ipſi ad participationem gratiæ vocati eſſent, in hunc modum eos alloqvitur, v.17. *Qvod ſi aliqvi ex ramis defracti ſunt, tu autem, cum oleaſter eſſes, inſertus es pro iſtis, & particeps factus es radicis & pingvedinis ejus. Noli gloriari adverſus ramos.*

LIII.

Explicatio terminorum, qvibus hic utitur Paulus, ſententiam verborum ejus planiorem reddet. Et oleæ qvidem voce intelligit Eccleſiam, qvam appellationem mutuatus eſt ex v. 16. cap. 11. Jerem. ubi Propheta Eccleſiam Judaicam ſic affatur. Vineam virentem, pulchrã & fructus ſpecioſos vocavit Dominus nomen tuum. Per radicem, ut verſu proximè præcedenti, denotantur ſancti Patres, Abraham, Jſaac & Jacob, &c. qvibus illuſtres promiſſiones primùm factæ ſunt. Rami, ex ſanctis Patribus tanqvam ex radice oriundi, ſunt Judæi, qvorum aliqvi defracti dicuntur, id eſt, ex Eccleſia & ſanctorum communione, per incredulitatem, ut v.20. dicitur, excluſi. Pingvedo oleæ ſunt privilegia & eximia illa beneficia, qvibus gaudent viva Eccleſiæ membra, utpote, gratuita peccatorum remiſſio, imputatio juſtitiæ Chriſti, filialis adoptio, lætitia ſpiritualis, animoſa ſpes gloriæ revelandæ, &c. Oleaſtri nomine intelliguntur gentiles, qvi anteqvam inſererentur Eccleſiæ, & in participatum bonorum ejus venirent, inſtar oleaſtri, id eſt, plane infrugiferi fuerunt, utut nonnulli eorum externam pietatis ſpeciem præ ſe ferrent, qvemadmodum oleaſter ſpecie qvidem & formâ oleam refert.

LIV.

Hæc terminorum explicatio aperit nobis mentem Apo-

ſtoli.

ſtoli & ſententiam Metaphoræ, qva utitur. Vult enim hoc dicere. Vos gentiles, qvi ad communionem Eccleſiæ admiſſi eſtis, non debetis inſoleſcere adverſus Judæos, qvod qvidam eorum per incredulitatem ſuam gratiâ Dei exciderunt, ut propterea velitis inſultare ruinæ illorum, & exprobrare illis ſuum infortunium: ſed cogitate qvales ipſi olim fuiſtis, nempe inſtar oleaſtri, non ab ullo fructu commendabiles, qvando ſcil. eratis abalienati à Republica Iſraelis, hoſpites teſtamentorum fœderis, ſpem non habentes, expertes Dei & Chriſti in mundo, Eph.2.v.12. atq; agnoſcite ſingulare beneficium divinæ gratiæ, qvod modo facti eſtis cives ſanctorum, ibidem v.19. qvodqve translati eſtis è poteſtate tenebrarum, in regnum filii Dei dilecti, & digni habiti parte ſortis ſanctorũ in lumine, Col.1.v.12.13.

LV.

Cogitanda hic nobis, tum extrema corruptio naturæ humanæ, qvod omnes ſimus arbores infrugiferæ, Luc.13.v.6. imo malæ, fructus putridos ferentes, Matt.7.v.17. & terra proferens ſpinas & tribulos, Heb.6.v.8. tum immenſa beatitudo, qvæ nobis ex mera Dei gratia contingit, qvando per baptiſmum & fidem Eccleſiæ & Chriſto inſerti, ſuccum ex ipſo trahimus, ut fructus Deo gratos edamus: Et videndum diligenter ne negligamus gratiam datam nobis, ſed multo magis eandem ſuſcitemus, ut certa reddatur vocatio & electio noſtra, 2. Pet.1.v.10. Confer verba Chriſti, Joh.15.v.12. ſeqvent. & qvod Paulus habet, Rom.8.v.9. & 14.

LVI.

Monemur etiam, qvod non debeamus inſultare homini aberranti à veritate & ſalutis via, ſed potius miſerari ejus cœcitatem, illiq; ſuccurrere, qvantum eſt in noſtra poteſtate. Hoc ſvadet Apoſtolus noſter, Gal. 6.v.1. Si occupatus fuerit homo in aliqvo delicto, vos, qvi ſpirituales eſtis, inſtaurate hujuſmodi ſpiritu manſveto. Specialiter hoc reqviritur à miniſtro verbi divini, juxta Paulum 2.Tim.2.v.24.ſeq.

LVII.

Verum pergit Apoſtolus & aliam rationem ſubjungit, qva

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

qva gentium fidelibus humilitatem & modeſtiam vult perſvadere, verſu 18. his verbis propoſitam. *Qvod ſi gloriaris, tu non radicem portas, ſed radix te.* Qvaſi diceret; veluti abſurdum foret ramos, & qvidem inſititios, gloriari contra radicem, qvæ eos portat, illisq́; ſuccum ſuppeditat; ita abſurdum eſt vos gentiles efferri adverſus Judæos, à qvorum patribus ingentia illa beneficia per promiſſiones, ipſis & ſemini eorum factas, in vos tanqvam ſurculos nuper inſitos derivantur, cum interim Judæi nihil à vobis acceperint. Agnoſcendum eſt igitur vobis gentibus tantum beneficium, neq; Judæis inſultandum, ne contumelia illa redundet in ſanctos eorum patres, qvorum promiſſione & privilegiis vos modo gaudetis.

LVIII.

Sed more ſuo interſpergit Paulus objectionem, qva gentes ad fidem converſæ utebantur, ad defenſionem gloriationis ſuæ adverſus Judæos. *Dices ergo,* inqvit v. 19. *defracti ſunt rami, ut ego insererer.* Videbantur ſibi gentiles fidem amplexi, non temere Judęos incredulos deſpicere, & de ſalute ſibi data adverſus illos gloriari, ſed exiſtimabant ſe eo agnoſcere & celebrare judicium Dei, qvi Judæos rejecerat, gentibus in eorum locum ad conſortium Eccleſiæ & communionem beneficiorum Chriſti admiſſis.

LIX.

Objectioni huic reſpondet v. 20. ita loqvens. *Benè, propter incredulitatem defracti ſunt, tu autem fide ſtas.* His verbis concedit qvidem Deum hoc ordine uſum eſſe, ut gentes in locum abjectorum Judæorum ſucceſſerint; negat tamen hanc fuiſſe veram cauſam abjectionis Judæorum, ut gentes aſſumerentur, vel aſſumptionis gentium, qvod Judæi gratia excidiſſent; ſed monet oculos & animum advertendum ad incredulitatem Judæorum, ob qvam illi ex olea populi Dei exciſi ſunt, atq; ad fidem gentium, per qvam ipſæ ſunt inſitæ Eccleſiæ.

LX.

Hinc elicit tertium argumentum, qvod gentibus cauſam humilitatis præbebit, dum ita pergit verſu eodem & 21. *Noli altum ſapere; ſed time. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

cit, ne forte nec tibi parcat. Vult Apoſtolus ut gentes intueantur juſtitiam Dei in abjectione Judæorum relucentem, indeqve diſcere non efferri animo, ſed cum timore & tremore ſalutem ſuam operari. Non autem jubet eos dubitare de ſalute ſua, cujus fiducia credentibus certa & immota eſſe debet: ſed dehortatur à confidentia & ſecuritate, atq; piam & humilem tam propriæ infirmitatis, qvam juſtitiæ divinæ conſideratioñe ſvadet, unde accenditur in fidelium animis timor filialis, qvi ſollicitè cavet, ne qvid committat filiis Dei indignum, neve ſecuritate aut peccatis aliis gratiam cœleſtis patris amittat.

LXI.

Ad hunc timorem ingenerandum cordibus fidelium, ita ratiocinatur. Deus, qvi non pepercit Iudæis, in Eccleſia à ſanctis Patribus & electo populo oriundis, ſed eos propter incredulitatem rejecit; neq; parcet vobis, ramis inſititiis ex oleaſtro decerptis, ſi infidelitate ſimiles *Judæorum* evadatis, qvod facilè poteſt fieri, ſi obliti humilitatis & reverentiæ numinis, in ſecuritatem & ſuperbiam prolapſi fueritis.

LXII.

Monemur hoc loco, ut ad animum ſumamus exempla iræ & ſeveritatis divinæ, qvæ ſtatuit, partim in populo *Judaico*, filio ſuo primogenito, Exod. 4. v. 22. *Jerem.* 31. v. 9. partim in Eccleſiis Aſiæ & Græciæ, plantatis miniſterio Apoſtolorum, aliisqve, atq; diſcamus reverenter habere tempus gratioſæ viſitationis noſtræ, ne contemptu, neglectuve incomparabilis beneficii, indignationem divinam adverſus nos provocantes, iiſdem aliqvando calamitatibus cum illis involvamur. Ad eundem modum Chriſtus, Luc. 13, 1, &c. & Apoſtolus noſter 1. Cor. 10, 6. deinceps, exempla ſeveritatis divinæ intueri, atq; ad ſalutarem uſum referre docuit.

LXIII.

Huc pertinet etiam qvod ſeqvitur v 22. *Vide ergo bonitatem & ſeveritatem Dei. In eos, qvi ceciderunt, ſeveritatem: in te vero bonitatem, ſi permanſeris in bonitate: Alioqvi & tu excideris.* Ratio hujus in promptu eſt. Veluti enim Deus benigne recipit omnes,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

omnes, qvi permanent in bonitate; id eſt, qvi per fidem manent in eo ſtatu, in qvem per Dei benignitatem evecti ſunt, ex qvacunq; demum gente originem ducant; ita deficientes ab ipſius bonitate & miſericordia per incredulitatem, à ſe repellit, ſive illi ex Judæis, ſive ex gentibus deſcendant.

LXIV.

Habemus hic illuſtrem locum contra eos, qvi affirmant credentes fidem amittere non poſſe. Docet enim Apoſtolus, qvod qvi fide ſtant in bonitate Dei, excindentur, ſi non permanſerint in illa bonitate. Qvomodo, qvæſo, hoc dicere potuiſſet, ſi in ea fuiſſet ſententia, qvod ſemel regeniti, gratiâ regenerationis & fide excidere neqveant. Huc facit, qvod 1. Cor. 9. v. ult. ſcribit, ſe caſtigare & ſubigere carnem ſuam, ne aliis prædicans, ipſe reprobus fiat; qva ſollicitudine vacuus fuiſſet, ſi ſemel illuminati, nullâ ratione poſſent fieri reprobi. Confer qvod eſt Ezech. 18. v. 24. Luc. 11. v. 24. Heb. 6. v. 4. 5. 6. 2. Pet. 2. v. 20. Et qvorſum Spiritus ſancti admonitiones, 2. Cor. 6. v. 1. Phil. 2. v. 12. Apoc. 3. v. 11. qvæ ſuis locis videantur, ſi gratia & ſalus ſemel data non poſſet amitti.

LXV.

Subjungitur qvartum argumentum, revocans gentes à Judæorum contemptu, qvod v. 23. ita habet. *Sed & illi, ſi non permanſerint in incredulitate, inſerentur. Poteſt enim illos Deus rurſus inſerere.* Qvibus verbis Apoſtolus tum vult allicere Judæorum animos, ad auſcultandum prædicationem Evangelii, tum reprimere inſolentiam gentium, qva Judæos præ ſe contemnebant.

LXVI.

Judæis enim, qvos dixerat propter incredulitatem à DEO rejectos eſſe, ſpem reſtitutionis facit, expoſitâ conditione, qvæ ex parte ipſorum reqvirebatur, ſi nempe non permanerent in incredulitate; atq; hac ratione invitat eos ad fidem gratuitæ juſtitiæ, qvam Deus Apoſtolorum miniſterio omnibus hominibus oblatam volebat. Et ſane dubium nulli eſſe debet, qvin plurimi Judæorum, hoc audito lectove, tum vivente Paulo, tum ſeqventibus temporibus, Evangelium amplexi & ſalvi facti ſint.

Mo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

LXVII.

Monemur, ne temerè deſperemus de ullius hominis converſione, cum Paulus affirmet Judæos, juratiſſimos hoſtes Evangelicæ doctrinæ, ad reſipiſcentiam reverti & Chriſto inſeri poſſe. Qvæ cogitatio permovebit verbi divini miniſtros, ut tolerent malos, & cum omni manſvetudine corripiant contradicentes, ſi qvando Deus det illis pœnitentiam, ad cognoſcendam veritatem, ut reſipiſcant à Diaboli laqveis, à qvo captivi tenentur juxta ipſius voluntatem, 2. Tim. 2. v. 25. 26.

LXIIX.

Gentium autem fideles iiſdem verbis hortatur, ut ne Judæos incredulos deſpiciant, ſed cogitent illos rurſus Eccleſiæ inſeri, atq; ſic ejuſdem, cum gentibus, gratiæ participes fieri, ejuſdemq; promiſſæ gloriæ cohæredes evadere poſſe. Cujus Apoſtolicæ monitionis nos etiam meminiſſe decet, qvoties videmus proximum vel errare à veritate, vel non ambulare dignè Evangelio; ne talem unqvam faſtuoſe contemnamus; ſed benè potius de ipſius converſione ſperantes, tum precibus devotis ſalutem ejus Deo commendare, tum piâ & modeſtâ converſatione ipſum ad reſipiſcentiam invitare non deſiſtamus.

LXIX.

Qvod verò additur de Deo, qvi potens eſſe dicitur, Judæos, qvantumvis in iſtum diem incredulos, rurſus inſerere, ſi illi non permanſerint in infidelitate, admonet nos noſtræ infirmitatis, qvæ tanta eſt, ut non poſſimus propriis viribus ad gratiam, qva excidimus redire; ſed opus habeamus virtute DEI ad ſalutarem converſionem. Huc pertinet illud Jerem. cap. 31. v. 18. Converte me, Domine, & convertar, qvoniam tu es Deus meus. Verum hic non eſt expectanda abſoluta aliqva & extraordinaria potentia Dei, qva nos lapſos convertet, qvalis elucet in Pauli & paucorum aliorum converſione: ſed advertere debemus animum ad miniſterium & verbum reconciliationis, qvod poſuit Deus inter nos, per qvod vult operari in cordibus noſtris, tum ſeriam peccatorum agnitionem & dolorem de illis, tum veram & ſalvificam fidem, cum ſancto novæ obœdientiæ ſtudio.

Con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

LXX.

Confirmat autem Apoſtolus ſpem reſtitutionis Judęorum à facili, v.24. his verbis: *Nam ſi tu ex naturali exciſus es oleaſtro, & contra naturam inſertus es in bonam olivam; qvantò magis qvi ſecundum naturam, inſerentur ſuæ olivæ?* Inſitio gentium in Eccleſiam dicitur facta eſſe contra naturam, qvia lux verbi divini ſubitò illis affulſit, cum antea habitaſſent in denſiſſimis tenebris. Econtra vero dicuntur Judæi ſecundum naturam inſeri, qvod oriundi eſſent ex electo Dei populo, atq; in cœtu Eccleſiæ, ubi Moſes & Prophetę qvotidiè legebantur, educati. Hinc talis eſt argumenti hujus ſententia. Qvandoqvidem gentiles, qvi alieni fuerunt à Republica Iſraelis, in Eccleſiam aſſumpti ſunt, nemo dubitare debet, qvin Judæi, licèt modo increduli, ad Eccleſiam aggregari poſſint, cum ad Rempublicam Iſraelis pertineant, & pars ſint ejus populi, cui Deus ſe multis ſeculis tam glorioſè revelavit.

LXXI.

Sed pergit Apoſtolus in eodem argumento de Judæorum converſione, eamq; docet non tantum Deo poſſibilem & facilem eſſe, qvod modò v.23. & 24. dixerat, ſed & certo eventuram. Ita enim loqvitur v. 25. & initio 26. *Nolo enim vos ignorare, fratres, myſterium hoc, [ut ne ſitis vobis ipſis ſapientes] qvia cœcitas ex parte contigit Iſraeli, donec plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſalvus fiet.* Sermo hic eſt D. Paulo de illuſtri aggregatione Judæorum ad Eccleſiam Chriſti; qvam doctrinam myſterium vocat, eo qvod videretur fidelibus gentium non tantum difficilior, ſed & fere incredibilis, propter ſummam iſtius populi, in errore præconcepto & odio Chriſti, pertinaciam. Innuit vero ſe facere mentionem hujus illuſtris reſtitutionis Judæorum, ut gentilium inſolentiam coerceret, qva de electione ſua immodice gloriabantur, Judæos vero aſpernabantur, tanqvam penitus à Deo rejectos, in qvem etiam finem tota hæc ad gentiles admonitio inſtituta fuit.

LXXII.

Sed operæ pretium eſt expendere ipſa verba Apoſtoli, qvibus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

bus deſcribit myſterium,qvod fidelibus gentium tam operoſè commendat. Primo dicit cœcitatem contigiſſe Iſraeli ex parte, qva locutione idipſum docet, qvod ſuperius v. 1. & 5. hujus capitis affirmaverat, nempe Deum non repuliſſe omnem populum ſuum, ſed reſervaſſe ſibi ſalvandorum reliqvias, idqve non tantum iſto tempore, qvando illa ſcribebat, ſed & omnibus aliis temporibus. Vult igitur ita ſentiant gentiles, qvi fidem amplexi ſunt, de cœcitate Judæorum, qvod illa contigerit qvidem multo maximæ parti iſtius gentis [ſcilicet propter Evangelium contumaciter repudiatum, ut hactenus non ſemel docuit] nunqvam tamen univerſalis fuerit.

LXXIII.

Deinde particula donec, denotat cœcitatem iſtam Judæorum non perpetuo duraturam eſſe, ſed tantiſper, dum plenitudo gentium ingreditur, id eſt, uſq; dum Evangelium de Chriſto inter omnes gentes in univerſo orbe prædicatũ fuerit, & compleatur magnus gentium numerus, qvi per Evangelii prædicationem ad Chriſtum convertetur. Tertio addit futurum, ut completo gentium numero, totus Iſrael ſalvetur, ita nimirum, ut Judæi magnis agminibus fidem Chriſti amplexuri ſint, & per fidem in Chriſtum ſalutem conſeqvuturi.

LXXIV.

Cœterum, qvia multi Interpretes intelligenda volunt verba Pauli, qvibus prædicit univerſum Iſraelem ſalvatum iri, non de converſione Judæorum, qvo ſenſu nos illa expoſuimus; ſed de ſpiritualibus Iſraelitis, id eſt, de cœtu ſalvandorum ex Judæis & gentibus conſtante, utile erit verbo attingere rationes, qvibus ſententia à nobis adducta nititur.

LXXV.

Scopus Apoſtoli eſt, revocare gentiles fidem amplexos ab inſolentia & contemptu Judæorum, ad qvem obtinendum apprime facit vaticinium, de illuſtri aſſociatione Judæorum ad communionem Eccleſiæ. Hinc enim tale conficitur argumentum. De qvo populo ſpes eſt, qvod aliqvando magno numero confitebitur Chriſtum, eum, qvi modo fideles ſunt, non debent contemnere. De Judæis talis ſpes eſt. Ergo. Qvæ autem vis

 foret

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

foret hujus ratiocinii ? Tota multitudo credentium ſalvabitur. Igitur, qvi fideles eſtis ex gentibus, non debetis inſultare Judæis incredulis.

LXXVI.

Præterea nullo jure, doctrina de ſalute omnium credentium, myſterium dici poſſet, & qvidem tale, qvod fideles aliqvandiu latuit. Hæc enim eſt ſumma Evang. de Chriſto, omnibus Chriſtianis notiſſima. At verò, qvod hic docetur de ſalute Iſraelis, myſterium vocatur, qvod Paulus jam primum revelat fidelibus gentium, qvibuſcum ipſi ſermo eſt. Addimus connexionem verſuum 25. & 26. omnino hanc poſtulare expoſitionem, qvi conjunguntur per copulam cauſalem *enim*, certo indicio, qvod ſeqventia pendeant à prioribus; eorumq; rationem contineant. Tandem dubium vix eſſe poterit, qvin reſtitutio & ſalus promittatur iſti populo, cui cœcitas dicitur ad tempus contigiſſe: is vero fuit populus Judaicus, idcirco converſio hujus etiam prædicitur.

LXXVII.

Hinc apparet Paulum vaticinari, de illuſtri qvadam converſione Judæorũ, ante finem mundi futura; cui forte occaſionem præbebunt Chriſtiani, ex gentibus oriundi, qvorum longè plurimi, ſolo nominis Chriſtiani titulo & fidei jactatione contenti, vim atq; virtutẽ fidei, adeoq; Chriſtum ipſum, ignorant. Qvod nimis verum eſſe omnes fatentur, qvi animadvertunt, qvouſq; partim hypocriſis, ſinceræ pietati extremè adverſa, partim ſupina incuria, partim effrenis morum licentia hodiè invaluerint inter eos, qvi nomen & fidem Chriſti profitentur. Adeoq; eveniet forte, ut veluti gentes olim loco incredulorum Judæorum in Eccleſiam ſunt aſſumptę, ita hi viciſſim, ingratiſſimis iſtis gentibus rejectis, à Deo aſſumantur.

LXXIIX.

Probat autem Paulus myſterium hoc, de converſione Judæorum, teſtimonio ſcripturæ, qvod v. 26. & 27. talibus verbis adducitur. *Sicut ſcriptum eſt: Veniet ex Sion, qvi eripiet, & avertet impietatem à Jacob. Et hoc illis à me teſtamentum; cum abſtulero peccata eorum.* Compoſitum videtur hoc teſtimonium ex binis Eſaiæ locis, nempe ex v. 20. c. 59. & v. 9. c. 27. Seqvitur

autem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

autem Paulus verſionem Græcam, qvæ verbis nonnihil ab Hebręo textu diſcrepat, eâdem tamen manente ſententiâ.

LXXIX.

Prior locus ex Hebræo ad verbum ita habet. Veniet Sioni Redemptor, & reverſis à transgreſſione in Jacob. Et ego hoc fœdus meum (ſcil. pangam] cum eis. Septuaginta verterunt: Veniet propter Sion, qvi liberat, & avertet impietates à Jacob. Et hoc eis à me teſtamentum, διαθήκη. Apoſtolus autem propter Sion, ἕνεκεν σιὼν, reddidit ἐκ σιὼν. In hac verborum diſcrepantia ſententia ipſa, qvod diximus, ſalva manet. Etenim utrumq; verum eſt, qvod Chriſtus venerit Redemptor ex Sione, Pſ.14,1. & Sioni, Zach.9,9. Et præterea nemo redit à prævaricatione ſua, niſi qvem ipſe converterit. Juxta Jer.31, 18. qvem ipſe convertit, ab illo iniqvitates avertit, vel aufert, id eſt, remittit illi peccata, & in gratiæ ſinum eum recipit.

LXXX.

Alter locus ex v.9.c.27. Eſaiæ ex Hebræo ita vertendus eſt. Propterea in hoc expiabitur iniqvitas Jacob, & hoc (erit) omnis fructus, removere peccata ejus. Græci reddiderunt. Propterea auferetur iniqvitas Jacob, & hoc erit benedictio ejus ὅταν ὀφέλωμαι τὴν ἁμαρτίαν αὐτοῦ, qvæ poſteriora verba Paulus hic citat ſic leviter mutata, ὅταν ὀφέλωμαι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν.

LXXXI.

Aliis videtur Apoſtolus in poſterioribus verbis reſpicere, ad promiſſionem deſcriptam, Jer.31,33. & 34. Ubi Deus ita loqvitur. Hoc fœdus eſt, qvod faciam cum domo Iſrael, poſt dies illos, dabo legem meam in interiora eorum, & in cor eorum ſcribam eam, ero ipſis in Deum, & erunt mihi in populum. Et non docebit qvis proximū ſuum, aut vir fratrem ſuum, dicens: agnoſcite Dominum; qvoniam omnes agnoſcent me à minimo ad maximum, qvoniam propitius ero iniqvitatibus eorum, & peccatorum eorum non recordabor amplius. His igitur locis, teſte Paulo, mentem ſermonum Propheticorum divinitùs edocto, Spiritus Dei prædixit illuſtrem Judæorum converſionem, in qva non paucæ qvædam perſonæ, ſed ingens multitudo ex populo illo Evangelium & fidem Chriſti admittet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

LXXXII.

Ex iis vero, qvæ hactenus dicta fuerunt de gente Judaica colligit Apoſtolus, qvid ſentiendũ ſit de animo Dei erga illum populum, ut inde diſcere poſſent fideles gentium, qvaliter ſe erga eundem gerere deberent, ita enim pergit v, 28. *Secundum Evangelium qvidem inimici, propter vos ; ſecundum electionem autem dilecti, propter Patres.* Habent hæc verba ſpeciem occupationis, qvâ objectionem gentilium animo concipit Paulus, & ad eam reſpondet. Etenim ex moribus Judæorum ita poterant colligere. Jubemur qvidem non contemnere Judæos, illiſve inſultare. Verùm cur non licet inſultare inimicis Dei, qvales illi jure merito cenſendi, tum propter Evangelium, qvod non modo non admittunt, ſed etiam hoſtiliter perſeqvuntur; tum propter nos gentiles, qvibus gratiam Dei in Evangelio revelatam extremè invident. Videmur eapropter nobis rectè facere, qvod illos, qvibus Deus inimicus eſt, nos etiam pro inimicis habeamus.

LXXXIII.

Ad hanc objectionem reſpondet Apoſtolus, concedendo rem Judæorum ita ſe habere, ut propter adductas cauſas inimici ſint Dei, id eſt, Deum ſibi infenſum & inimicum habeant: ſed opponit alias rationes, propter qvas Deus iſti genti adhuc benè velit, & converſionem ejus promotam cupiat, *ſecundum electionem*, inqvit, *dilecti ſunt propter patres.* Gemina hic cauſa adducitur, cur Deus iſti populo etiamnum benignus ſit. Altera eſt promiſſio facta patribus, qvod vellet eſſe Deus ipſorum poſt illos in ſempiternum; Altera eſt electio reliqviarum in populo Judaico, propter qvas adhuc invitari debent, ad amplectendum Evangelium, de gratuita propter Chriſtum juſtificatione & ſalute.

LXXXIV.

Hæ rationes firmantur argumento ducto à conſtantia & immutabilitate Dei, v. 29. *Sine pœnitentia enim,* ἀμεταμέλητα, *ſunt dona & vocatio Dei.* Qvibus verbis hoc dicere vult Apoſtolus, qvod Deus verus ſit & conſtans in ſervandis promiſſis, ut illorum ipſum nunqvam pœniteat. Qvoniam igitur obſtrinxit ſe Judæorum genti fœdere ſempiterno, fieri non poſſe, ut

pro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

promiſſio illa irrita reddatur: ſed ejus vi aliqvos ſemper electos in eo populo manſuros, qvi Deo dilecti erunt & ſalvabuntur. Unde porro ſeqvitur, gentilibus Evangelium & fidem Chriſti amplexis, à contemptu Judæorum abſtinendum eſſe.

LXXXV.

Abutuntur hoc loco Calviniani, ut probent dogma ſuum, qvod ſemel renati fide & gratia Dei excidere non poſſint. Verùm diligenter obſervandum eſt, amiſſionem gratiæ, qvam poſſibilem eſſe Apoſtolus v. 20. ſupr. docuit, non aſſcribendam eſſe ulli μεταμελείᾳ in Deo, ſed propriæ hominum culpæ. Adeoq; non ſeqvitur, ſi dona & gratia Dei ἀμεταμέλητα ſunt, ut ipſe ex ſe nunqvam moveatur, ad faciendum ea irrita, vel ad ſubtrahendum gratiam ſuam hominibus, neq; ipſi homines oblivione ſalutis collatæ, neglectu mediorum, qvibus fides confirmatur & conſervatur, aliisve peccatis contra conſcientiam admiſſis, donum fidei excutere poſſunt.

LXXXVI.

Urgemus ſcripturæ teſtimonia, qvæ contrarium plane evincunt. 2.Par.15,2. Propheta Aſſaria Regem Aſſa his verbis alloqvitur: Jehova vobiſcum, ſi fueritis cum eo, & ſi qvæſiveritis eum, invenietur à vobis; ſi vero dereliqveritis eum, derelinqvet vos. Apoc.2,5. Jubetur D. Johannes ita ſcribere ad Angelum Eccleſiæ Epheſinæ: Memor eſto unde excideris, & age pœnitentiam, & fac prima opera; ſin minus, venio cito & movebo candelabrum tuum de ſuo loco. Et v. 10. ita ſcribit ad Angelum Smyrnenſem. Eſto fidelis uſq; ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Conf. Ezech.18,24. Matt.13,20.21. Luc. 11, 24. 25. 26. Joh.15,2.& 6. Et manifeſtiſſima ſunt verba D. Pauli, 1.Tim.1, 19 20. Milita bonam militiam, retinens fidem & bonam conſcientiam. Qvam qvidam repellentes, circa fidem naufragium fecerunt. Urgemus etiam exempla Lothi inceſtuoſi, Gen. 19. v. 33. & 35. Aronis in idololatriam prolapſi, Exod.32, 2. &c. Davidis adulteri & homicidæ 2. Sam. 11,4.& 15. & cap.12, 9. Petri abnegantis Chriſtum, Matt.26, 74. &c.

LXXXVII.

Præterea operæ pretium eſt hic expendere, an non effato

Apo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

Apoſtolico, qvo dona & vocatio Dei dicuntur ἀμεταμέλητα eſſe, adverſentur alia ſcripturæ loca qvibus pœnitentia Deo tribuitur, veluti Gen. 6, 6. 7. 1. Sam. 15, 15. & 35. Jer 26 v. 3. 13. & 19. De hiſce & ejus generis aliis ſcripturæ loqvutionibus ſciendum eſt, qvod Deus dicatur pœnituiſſe, non qvod eventum rerum ignorarit, multo minus qvod dolore aliqvo perturbatus fuerit, conſiliive ſui mutationem ſuſceperit: ſed qvia ea, operibus in oculis hominum incurrentibus, egit, qvæ videmus homines agere, qvando promiſſionum illos pœnitet, & facta priora illis diſplicent. Tribuitur itaq; pœnitentia Deo ἀνθρωποπαθῶς καὶ ἐνεργητικῶς, ut ſignificetur mutatio in ipſis rebus, præſcientia divina manente immutabili.

LXXXIIX.

Sed continuat Apoſtolus ſermonem ſuum de converſione Judæorum, & probat, exemplo gentilium converſorum, eam poſſibilem eſſe, v. 30. & 31. his verbis: *Sicut enim & vos aliqvando non credidiſtis Deo, nunc autem miſericordiam conſeqvuti eſtis, per illorum incredulitatem. Ita & iſti nunc non crediderunt, per veſtram miſericordiam, ut & ipſi miſericordiam conſeqvantur.* Qvo ſenſu dicantur gentiles miſericordiam conſeqvuti, per contumaciam Judæorum, ſupra ad v. 11. dictum eſt; nempe qvod Judæorum incredulitas non cauſa, ſed occaſio duntaxat fuerit converſionis gentium. Sic vice verſa miſericordia, qvæ gentibus contigit, non fuit cauſa incredulitatis Judæorum, ſed occaſio qvędam, dum hi maligno Zelo gentibus ſalutem invidendo, eandem etiam à ſemetipſis repulerunt.

LXXXIX.

Applicatio autem exempli converſionis gentilium ad inſtitutum D. Pauli ita habet: Qvemadmodum vos gentiles, qvi olim increduli eratis Deo, miſericordiam conſeqvuti eſtis, ut ut converſio veſtra Judæis, multiplicem idololatriam veſtram intuentibus, non modo difficilis, ſed etiam impoſſibilis ferè viſa ſit: ita Judæi, qvi modo non credunt, aliqvando miſericordiam conſeqvi poſſunt, licet hoc mirum & vix poſſibile videatur in oculis veſtris, qvi contumax ipſorum odium adverſus Evangelium expenditis.

Ut

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

XC.

Ut verò demonſtret Apoſtolus, æqve facile eſſe Deo convertere & ſalvare Judæos, atq; fuit illi facilis converſio gentiũ, & præterea utriq; populo ex æqvo patere januam gratiæ divinæ, elegantiſſimum ſubjungit Epiphonema v.32. his verbis conceptum. *Concluſit enim Deus omnes ſub incredulitatem, ut omnium miſereatur.*

XCI.

Qvi ſcire volet, qvo ſenſu Deus dicatur concludere omnes ſub incredulitatem, expendat, qvod eſt Gal. 3, 22. ubi ſcriptura dicitur concluſiſſe omnia ſub peccato, & cum utroq; loco conferat, qvod ſupra eſt c.3, 9. qvod ſcilicet oſtenderit Paulus adductis cauſis aſſertionis ſuæ, Judæos & Græcos omnes eſſe ſub peccato. Ex iſtorum locorum collatione manifeſtum evadit, Deum in ſacris ſcripturis, & per ſacrarum ſcripturarum θεοπνεύϛȣς interpretes, voce & ſententia Legis convincere omnes homines peccatorum, ut intelligere poſſint, ſe deſtitutos eſſe omni propria Juſtitia, atq; adeo ſe reos eſſe iræ divinæ, mortiqve & damnationi æternæ obnoxios. Ita autem voce Legis omnes homines conſtringit Deus, non qvod eos perdere velit, ſed ut eorum omnium miſereatur, ſi agnoſcere velint, ſibi miſericordia opus eſſe, & admittere Evangelium, qvod veniam peccatorum & ſalutem, gratis propter Chriſtum, annunciat.

XCII.

Exæqvantur hoc modo Judæi & gentiles, qvatenus, in natura ſua corrupta miſeri ſunt peccatores, juberturq́; converſionem & ſalutem omnem ſoli miſericordiæ divinę in ſolidum aſſcribere, unde efficitur, qvod gentilis Judæo inſultare non poſſit, cum utriq; pariter coram Deo rei ſint, & utriuſq; Deus æqvaliter miſereri velit.

XCIII.

Docet præterea hic locus, qvod Deus non ſit acceptor perſonarum, ſed qvod ſit æqvalis in omnes, qvi à lege argui, & promiſſionibus gratiæ credere volunt. Adeoq; qvi modo in fide ſtat, non debet arroganter contemnere eum, qvi fide & gratia excidit, qvaſi deſperata omnino ſit ipſius converſio. Sed meminiſſe debet, velle Deum omnium miſereri, atq; ſic etiam iſtius

erran-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

errantis, ut & ipſe convertatur & ſalvus fiat, 1. Tim. 2, 4. 2. Pet. 3, 9. Ezech. 33, 11. Qvem autem Deus ſalvatum vult, huic tu ne ſis offenſioni, ut converſionem ejus impedias, vel eandem ei invideas: ſed multo magis præoccupatum in aliqvo delicto, inſtrue ſpiritu manſveto, conſiderans teipſum, ne & tu tenteris, Gal. 6, 1.

XCIV.

Qvæ hactenus prolixe diſputata ſunt de Judæorum rejectione, gentiumq; in illorum locum adoptione, & viciſſim de illuſtri Judæorum converſione, futura ante finem mundi, ea rapiunt Apoſtolum in admirationem ſimul, & laudem ſapientiæ & judiciorum Dei, qvam ſuam admirationem cum exclamatione proponit v. 33. his verbis: *O profunditas divitiarum, & ſapientiæ, & cognitionis Dei, qvam inperſcrutabilia ſunt judicia ejus, & qvam inperveſtigabiles viæ ejus!*

XCV.

Non admiratur Paulus Stoicum illud decretum, de abſoluta qvorundam hominum prędeſtinatione ad vitam, aliorumqve reprobatione ad mortem, qvam doctrinam adverſarii veritatis ipſi affingunt. Etenim tantum abeſt, ut verba Apoſtoli hanc interpretationem admittant, ut eadem magis ex iis, qvæ immediate præcedunt, potenter refellatur. Qvomodo enim ille dicendus eſt, ex abſoluto odio, certos homines à gratia ſua rejeciſſe, atq; à meritò Chriſti & mediis ſalutis excluſiſſe, de qvo Spiritus ſanctus teſtatur, qvod omnes homines peccatorũ arguat & convincat, ut omnium miſereatur, omnium, inqvam, qvi non ipſi miſericordiam Dei gratuitam, in Evangelio oblatam, pertinaciter repudiant. Ignorat ſane ſacra ſcriptura tale occultum Dei judicium, voluntati ipſius in verbo revelata contradictoriè oppoſitum, qvo ex ſe qvorundam tantum miſereri velit, licet verbis profiteatur, qvod velit omnium miſereri, qvod velit omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis pervenire, 1. Tim. 2, 4. qvod nolit aliqvos perire, ſed omnes ad pœnitentiam converti, 2. Pet. 3, 9.

XCVI.

Sed hoc admiratur Apoſtolus, qvod Deus nunc hos vocet & illuminet, nunc illos, qvod hoc tempore, repudiatis Judæis, gentes

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

gentes ad Eccleſiæ conſortium invitet; & viciſſim Judæos aliqvandiu incredulos, tum demum convertere velit, ubi gentium plenitudo introierit. Adeoq; ſervit hæc admiratio compeſcendæ temeritati rationis humanæ, qva in omnes omnium actionum divinarum cauſas inqvirere, atq; ſic ultra illud, qvod ſcriptum eſt, ſapere volumus.

XCVII.

Debemus itaqve, exemplo Pauli, ita admirari œconomiam Dei in gubernatione Eccleſiæ, ut acqvieſcamus in iis, qvæ revelata ſunt, & non ſcrutemur ea, qvæ Dominus occulta eſſe voluit. Utrinq; graviter peccatur, ſive negligamus ea, qvæ Deus patefecit, inq; verbo ſuo perſcribi curavit, & ſeqvamur proprias imaginationes & placita; ſive judicium nobis ſumamus de iis, de qvibus ſcripturæ tacent. Ita Judæi, neglectis clariſſimis vaticiniis de gentium vocatione ad Eccleſiam, exiſtimarunt, non alios hæredes fore promiſſionum, qvam ex ſemine Abrahami natos: gentiles autem vice verſa, qvum viderent Judæos propter repudiatum Evangelium rejici, judicarunt eos ita à Deo rejectos eſſe, ut nullus ad gratiam aditus ipſis unqvam pateret. Sed debebant illi ſcripturas conſuluiſſe & audiviſſe, in qvibus paſſim occurrunt teſtimonia, de aggregatione gentium ad conſortium Eccleſiæ: hi vero debebant abſtinuiſſe à judicio, de voluntate Dei in ſcripturis non perſpicuè revelata.

XCVIII.

Ad ſapientiam & judicia Dei occulta referimus, qvod uni genti citius, alteri ſerius Evangelium de filio ſuo revelet; qvod unam regionem privet luce verbi ſui, alteri eadem diutius frui permittat, cum utraq; gratiâ in Evangelio oblatâ æqve negligenter uſa ſit; qvod contemptum verbi ſui, & ſcelerum licentiam, atrocibus ſuppliciis in uno populo puniat, in alio non item. In his & ſimilibus Dei actionibus admiramur ſapientiam & judicia ejus, nobis qvidem ignota, ſemper tamen juſtiſſima, neq; verbo revelato unqvam contraria.

XCIX.

Præterea admiratur Paulus illam Dei ſapientiam, qva novit è re peſſima, nempe peccato, bonum elicere, nimirum miſeri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

ſericordiæ ſuæ manifeſtationem. Etenim, dum omnes homines convincuntur peccatorum, atq; eo ipſo arguuntur, qvod deſtituantur omni propria juſtitia, illuſtrem Deus reddit gratiam ſuam, qvâ peccatoribus gratis offert & largiri vult juſtitiam & vitam æternam. Etiam hoc eſt conſilium & judicium Dei, qvo ratio humana offenditur, cuiq; non vult ſubjici, ſed conatur ſtatuere propriam juſtitiam, qvemadmodum de Judæis loqvitur Apoſtolus noſter, ſupra cap. 10, 3. Captivanda eſt igitur omnis cogitatio efferens ſe adverſus cognitionem Dei, ſub obſeqvium Chriſti, 2. Cor. 10, 5. & humiliter agnoſcenda eſt, tum profundiſſima naturæ noſtræ corruptio, & qvæ hanc ſeqvitur, extrema omnium hominum miſeria, tum inæſtimabilis Dei gratia, in Chriſto miſerentis noſtri, qvibus aliàs æternum pereundum fuiſſet.

C.

Qvod vero dicit Apoſtolus de profunditate ſapientię Dei, deq; inſcrutabilibus judiciis & viis ejus, illud more ſuo confirmat teſtimonio ſcripturæ, qvod v 34. ita habet: *Qvis enim novit mentem Domini aut qvis conſiliarius ejus fuit?* Deſumpta ſunt verba ex v. 13. cap. 40 Eſaiæ. Ubi Propheta qværit, an aliqvis in opere creationis inſtruxerit Spiritum Dei, vel conſiliarius ejus fuerit. Qvæ qvæſtio prudenter & pie hic accommodatur, ad œconomiam Dei circa vocationem Gentium & Judęorum, de qvo hactenus prolixe actum eſt. Vult autem hoc dicere Paulus. Qvemadmodum cauſæ operum Dei in creatione, cur hoc modo & non aliter, ſingulas res produxerit, nemini hominum patent, & veluti non tenetur ulli rationem earum reddere; ita neq; patent cuiqvam cauſæ, cur nunc Judæos, mox gentes & viciſſim Judæos vocet Deus; item, cur huic genti modò largiatur verbum ſuum, illâ præteritâ, &c. neq; tenetur hominibus iſtas cauſas exponere.

CI.

Hoc ſenſu accepta verba Apoſtoli, non evertunt certitudinem fidei noſtræ, de voluntate & conſilio Dei circa ſalutem noſtram. Novimus enim Deum tradidiſſe filium ſuum, pro omnium hominum peccatis, & ſerio velle omnes ſalvatos,

pro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

proptereaq; juſſiſſe,ut gratia ſua & meritum Chriſti in Evangelio omnibus & ſingulis offeratur. Simul etiam novimus gratiam hanc,qvæ ab affectu Dei æſtimata, univerſalis eſt,& mortem Chriſti,cæteraq; ejus beneficia, qvæ itidem in ſe univerſalia ſunt, nemini tamen, niſi credentibus, inq; fide ad finem perſeverantibus,ſalutaria exiſtere. Novimus præterea,Deum, per verbum & ſacramenta,velle operari & conſervare fidem in cordibus hominũ,qvi iſtis mediis reverenter utuntur. Hæc & ejus generis alia,qvæ ad ſalutem ſcitu & creditu neceſſaria ſunt, abunde revelavit nobis Dei Spiritus,ut propterea dicat Paulus 2. Tim 1,12. Scio cui credidi,& viciſſim. 2. Cor. 4,13. Habemus eundem ſpiritum fidei,ſicut ſcriptum eſt;Credidi,propter qvod loqvutus ſum: & nos credimus, propter qvod loqvimur: & iterum 1.Cor.2,12. Nos accepimus ſpiritum, qvi à Deo eſt, ut ſciamus, qvæ à Deo nobis donata ſunt. In qvam etiam ſententiam hæc ipſiſſima verba citat, 1. Cor. 2,16. Qvis cognovit mentem Domini, aut qvis inſtruxit eum? & ſubjungit: Nos mentem Chriſti habemus.

CII.

Cœterum judicium Dei in omnibus actionibus ipſius,ſive earum cauſæ nobis notæ ſint, ſive eaſdem ignoremus, juſtiſſimum eſſe ita probat Apoſtolus,v. 35. *Aut qvis prior dedit illi, ut retribuat ei.* Nemini,vult dicere, Deus ob accepta beneficia obſtrictus eſt,atq; adeo, qvandocunq; homines vocat, debent gratiam & miſericordiam ejus prædicare: Debemus etiam omnes humiliter & gratis animis agnoſcere,qvod ſalutis noſtrę principium, continuatio & conſummatio,ex Dei miſericordia in ſolidum pendeat.

CIII.

Atq; id volunt verba, qvæ ſeqvuntur, qvibus hoc caput claudit Apoſtolus v.36. *Nam ex eo, & per eum, & in ipſum ſunt omnia.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

omnia: Ipſi gloria in ſecula, Amen. Tantum abeſt ut cujuſqvam ſit ille debitor, ut ex illo tanqvam perenni fonte, ſint omnia bona, & per eum eadem ſuſtententur & conſerventur, ipſiusq; mandato hominibus ſerviant, adeoq; etiam in ipſum ſint, ut illius gloriam inter homines illuſtrent. Ipſi igitur, à nobis, qvi donis ejus jugiter & abundatiſſime fruimur, debetur laus & honor & benedictio, in cuncta ſecula,

Amen.

F I N I S.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-276 4° 1453